Aliud est iudicare pupillum et iudicare pupillo Iudicat enim pupillum qui eum condempnat Et iudicat pupillo qui pro s(e)n(tenti)am profert Hugo **vt no(n) apponat** idest non presumat **magnificare se homo** id est quicumque se erigere cont(ra) d(omi)n(u)m **sup(er) terra(m)** sicut fecit antixps cassiodo9 Completa est psalmographi denu(n)ciata promissio reserata sunt occulta miracula ingentes et admirantes cause q(uae) quamuis exposite videantur adh(uc) tu(m) sine dubitacione secrete sunt dum ignorant(ur) q(uae) vemant adh(uc) obscure esse monstrantur Sic et discrete e(st) q(uo)d dicitur et querentibus non tacetur Quapp(ro)pter effusius domino supplicemus vt nobis emendacionem saluberrimam conferre dignet(ur) Qui sine excusacione peccat / retribucio meritor(um) predicitur esse ventura Iohann9 Ipse q(ue) domin9 ab antixpi operibus nos custodire dignetur illesos vt ab illis pupilli facti patrem xp(istu)m dominum cognoscentes ip(su)m sequamur fide / ip(su)m timeam9 corde ip(su)m glorificemus opere / cui cum eterno patre et spiritu sancto e(st) honor et gl(ori)a i(n) s(e)c(u)la s(ecu)l(orum) am(en)

aliud e(st) iudicare pupillu(m) e(t) iudicare pupillo

effusius d(omi)no supplicemus

No(ta)

N domino confido Titulus e(st) talis In finem ps(alm)us dauid.

Hugo In precedenti psalmo egit de p(er)secucione bonorum tempor(e) antixpi futura Hic autem agit de persecucione bonorum q(uae) e(st) a membris antixpi de quibus i(n) iohannis ca° dicitur Nunc antixpi multi sunt Q(uod) autem in titulo ponitur in finem semp(er) ad dominu(m) est referendum. Q(uo)d9 q(ue) indicat gloriosam passionem / modo triumphalem resurrectionem Nunc aut(em) sancta fide(m) declarat in qua heretica digladiant(ur) idest dimicant contra fidelissimos xpianos Hugo propheta i(n) persona cuiuslibet fidelis loquitur hereticis qui nituntur catholicos in suam conuertere p(ra)uitate dice(n)s **In d(omi)no confido** qui e(st) spes salutis mee. **quomodo** idest vos heretica **dicitis** idest sua decepti **anime mee** idest michi **tra(n)smigra i(n) monte(m)** idest ad nos qui sumus magni litterati Et debes tra(n)sire quia es **sicut passer** idest pennatus virtutibus. Idem glosa Moraliter hoc debet dicere vir iustus cum tempta(tur) de vana gloria i(n) ambicio(n)e **In d(omi)no confido** in quem fixi spem meam **q(uomod)o dicitis anime mee** non dicit michi quia dyabolus no(n) multum curat q(uod) homo exaltetur exterius s(ed) hoc precipue cupit vt iterius vane gl(ori)e co(n)seniat superbie vt ambicionis **tra(n)smig(ra) i(n) mo(n)te(m). sicut passer** ecce q(uod) d(ici)t suggestiones praue a(n)i

h(ic) agit de p(er)secu(ci)one bonoru(m)

No(ta)

d(omi)n(u)s e(st) spes salutis mee

ecce quid dicit suggestiones praue

to debes transire ad altiore(m) statum quia es pennatus et ornatus virtutibus et bonis operibus Compatur vir iust9 passeri propter multa quia modicus est passer propter humilitate(m) leuis p(er) temporalium abiectionem / cautus per suam solitam custodiam et habitat in petra p(er) iugem meditacionem diuine passionis Dein(de) propheta co(n)uertens s(er)monem ad catholicos exponit quare dixerit **In d(omi)no confido** quasi dicat io dixi hoc **q(uonia)m ecce peccatores** idest heretici **in tenderu(n)t arcum suum** idest sacram scripturam ad voluntatem suam exponendam sumpserunt **parauerunt sagittas** idest parata habe(n)t verba venenosa et argumenta **in pharetra** idest in cor(de) suo (et) hoc cautiones sophisticas. **vt sagittent in obscuro** idest in si(n)nis a(m)biguis et obscuris senten(ti)js **rectos corde** in simplici sensu degentes Idem glosa ex ieronimo collector Gregorius vero xxi° libro moralium hunc versiculum ita exponit Q(uid) pharetra vero nisi peccator(um) machinacio designat. Iniqui enim dolos quos bonis excogitant secretis machinacionibus occultant quasi in pharetra sagittas parant et in hac p(rese)ntis vite caligine velud in obscuro rectos corde feriunt quia maculosa eorum iacula et sencia per vuln9 p(ossu)nt et tam(en) venientia deprehendi non p(ossu)nt. Dein(de) ab hereticis co(n)uertit sermone(m) acsi dicat glosa p(er) arcum ad d(omi)n(u)m dicens **q(uonia)m** idest per sacram scriptura(m) heretici parant decepciones simplicibus q(uonia)m tam(en) non ex vicio scripture Cassiodor9 S(ed) de nequissima sua volu(n)tate **q(uonia)m q(uae) p(er)fecisti** idest scripturas quas perfecte edidisti ad salutem modo **destruxeru(n)t** glosa idest peruerteru(n)t male exponendo **iust9 aute(m)** scilicet xp(ist)us **quid fecit**: quasi dicat si heretici offendant nonne xps pacem vult quam vos heretici nephanda dissensione violatis qui dixit pacem mea(m) do vobis pacem relinquo vobis. August9 xps q(uod) nob(is) fecit qui traditorem suu(m) tanta paciencia p(er)tulit. Vt ei primam eucharistiam co(n)fectam manib9 suis et ore suo co(m)mendata(m) sicut ceteris apostolis contradidit traderet Q(uid) nobis fecit xps qui eidem traditorem suu(m) q(uem) dyabolum nominauit q(ui) ante tradicionem d(omi)n(ic)e loculis diuitis fidem potuit exhibere cum ceteris ap(osto)lis ad predicandu(m) regnu(m) celorum misit vt demonstraret dona dei peruenire ad eos qui cum in fide accipiu(n)t / etiam si talis sit per q(uem) accipiunt qualis iudas fuit cassiodor9 Exprobratis hijs qui falsa senciunt de religione verissima consequenter propheta dicit Iudicia domini esse ventura vt hu(m)ana p(er)uersitas saltem considerata d(omi)ni districcione se corrigat Vnde dicit. **D(omi)n(u)s i(n) tem**

Compat(itur) vir iustus passeri p(ro)pt(er) multa

No(ta)

sagittent i(n) obscuro in si(n)nis ambiguis et obscuris senten(ti)js

p(er) arcu(m) i. p(er) sacra(m) scriptura(m) heretici parant decepto(n)es simplicib9

xps traditore(m) suu(m) ta(n)ta paciencia p(er)tulit

hu(m)ana p(er)uersitas d(omi)ni districcione se corrigat

plo sancto suo idest in unoquoque religioso sicut ait apostolus Si quis te
plum violauerit disperdet illum deus Templum
enim dei sanctum est quod estis vos vt sciat hereticus
a deo posse disperdi a quo noscuntur corda recte
credentium possideri. **dns in celo** idest in sanc tis hominibus **se des eius** quia sanctos viros presentia ma iestatis sue inside dignatur. Jeronimus
Oculi eius in pauperem respiciunt
Oculi xpi idest aspectus diuinitatis Glosa vide
licet misericordia eius ad po pulum xanum respiciat **palpebre eius inter rogant filios hominum** Cassiodorus Propheta lo
quitur hic allegorice de deo quasi habeat palpebras que cum clau
duntur nichil vident / Dicit enim dominum non solum
respicere quando intendit oculis sed etiam tunc req
rere idest considerare filios hominum cum ea negli
gere quasi dormiens estimatur Iohannes palpebre sunt
subtilitas diuinitatis idest iudicia dei occulta
in quibus nos interrogat idest cognoscit quid
habet vnusquisque Nicholaus per hoc scrutatur actus
et cogitationes filiorum hominum quod idcirco dicit
palpebre dei quia ipsa iudicia eius quandoque nobis
concluduntur et quandoque nobis aperiuntur tanquam palpe
bre oculorum Jeronimus Videmus vnam gentem fla
gellari et scimus pro qua causa flagellatur hec
manifesta iudicia sunt / videmus alteram flagel
lari et nescimus pro qua causa et hec iudicia di
cuntur occulta tanquam nobis clau sa Et per hec supius comprehensa **Dns interro gat iustum et impium** Hugo: idest probat et discernit consci
entias eorum de quibus noscitur solus deus fa
cere iudicium etsic inter rogando inuenit quod. **qui diligit ini quitatem** idest peccatum / nam peccatum iniquitas est vt dicitur iohannis 3o Remigius Ille
diligit iniquitatem qui ex desiderio peccat qui et
si semper viueret semper suis de siderijs peccando vti vellet et hic. **odit ani mam suam** Cassiodorus Se enim persequitur qui sequitur dyabolum dum illas semi
tas amplectitur mauult quam ad penarum loca fugienda
perducunt Hugo Quod a delictoribus iniquitatis
sit futurum quiet ostendit dicens **pluet** .s. dominus pluere faciet **super peccatores laqueos** vt illaquearentur ita quod non possint mereri vnde prouerbiorum
5o Iniquitates sue capient impium et funibus pec
catorum suorum constringetur. Nicholaus Etiam iuxta
litteram peccatores moriuntur subito et ex improuiso
quasi capti laqueo Glosa **sulphur** idest fetor ignis scilicet cupiditatis malorum operum **et spiritus procellarum** per hoc penam eternam iudicij et verbera in

dicat peccatorum Jeronimus hoc totum secundum historiam
factum fuit quando dominus pluit sulphur et ignem
super sodomam vt ait apostolus Judas
in exemplum ignis eterni factis fuit addidit **pars calicis eorum** Quare dixit partem quia vnusquis que pro parte sua quasi de calice iusta
vindictam recipiet pro ut gessit miserias suas vt
ait propheta Reddet deus vnicuique iuxta opera
sua Et ideo tanquam ratione reddens quare id fiat subdit **qm iustus dns** per na turam **et iusticias dilexit** quia vnicui que secundum opus eius proprium iudicat **equitatem vidit vultus eius**.
vt sanctis premia / peccatoribus tribuat penam
Cassiodorus Quam bene versucias et peruersitates hereti
corum et malignorum nec non retributiones ipsorum
psalmus iste mirabili breuitate complexus est vt
quorum futuras penas agnoscimus ab eorum
prauitate caueamus Jeronimus Quapropter domino supplice
mus quatinus nos vocatione sua dignetur effice
re dignos et non secundum peccata nostra nobis supplicia in
ferat sed secundum magnam misericordiam suam veniam largi
atur quia ipsi est cum eterno patre et spiritu sancto ho
nor et gloria in secula seculorum amen

Saluum me fac domine
Titulus huius psalmi talis est In fi
nem psalmus dauid pro octaua Sensus
est talis psalmus iste attribuitur dauid idest fideli
tendenti in finem idest in xpm et in eodem psal
mo oranti pro octaua idest pro die iudicij de quo in
6o psalmo supradictum est Glosa Videns enim vir sanc
tus multiplicatam vanitatem seculi quasi subito
timens exclamat pro mag nitudine periculi et ait. **Saluum me fac dne** qui potes solus saluare **qm defecit sanctus.**
Causam huius defectus subiungit **qm diminute sunt veritates a filijs hominum** Augustinus veritas vna qua illustri
tur et illuminantur anime iuste Sed quoniam multe
sunt anime / ideo in ipsis multe veritates dici
possunt sicut ab vna facie multe in speculo yma
gines apparent Hugo Triplex enim est veritas
iusticie que defecit per auariciam et veritas vite
que defecit per luxuriam et quodlibet peccatum morta
le / veritas doctrine que deficit per superbiam
et vanam gloriam Quomodo hee veritates diminu
te sunt quiter ostendit dicens **vana locuti sunt** de ter renis **vnus quisque** ad deci piendum **proximum suum** cui tenetur fidelitatem
Augustinus. proximum omnem hominem oportet intelli
gi quia nemo est cum quo sit operandum malum **labia dolosa** supple habet
et bilingues sunt quia in corde et corde locuti sunt

qui templum violauerit disperdet illum deus

propheta loquitur hic allegorice de deo

Videmus gentem flagellari

Ille diligit iniquitatem qui ex desiderio peccat

peccatores moriuntur subito quasi capti laqueo

vnusquisque pro parte sua vin dictam re cipiet

versucias et peruersitates hereticorum complexus est

saluum me fac quod potes solus saluare

triplex est veritas iusticie vite et doctrine

bilingues sunt in ore et corde locuti sunt

hntes aliud in cogitatione q loquitur ore cassiodorus
Quociens volumus dolosos exprimere duplicia
corum corda declaramus. Sic et bilingues sumus
et dicimus qui in vna sentencia minime perseuerant
hugo dein subiungit non optando sed prophetan
do quod futurum est dicens **disperdat dominus** idest dis perdet **vniuer sa labia dolosa linguam magnilo quam** idest superbiam maxime illorum **qui dixerunt** arrogaunter **lin guam nostram magnificabimus?** idest opera dicta et nosipsos iactanter laudando **labia nostra a nobis sunt** quasi dicerent a nobismetipsis et scienciam et dominium **quis ergo noster do minus est** quasi dicat nullus cassiodorus hoc superbi habent proprium quod dominium super se despiciunt et in prosperis rebus nimium loquacitate turgentes gloriam suam exaltare presumunt ipo nunt in propria potestate quod se a deo non intelli gunt accepisse. Hugo. Magnificare etiam quidam student suam linguam qui verba subtilia loqui conantur vt videantur sapienciores. Qui vt dicit ieronimus obducto supercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Deinde propheta voce dei patris promittit incarnationem christi dicens **Propter miseriam inopum et gemitum pauperum** Iohannes Qui erant miseri nisi cuncti generaliter homines in peccato nati ac per hoc inferno progeniti. Et qui pauperes gementes nisi antiqui patres in claustris inferni detenti per peccatum primi parentis propter hos liberandos nunc in tempore gracie **exurgam dicit dominus.** videlicet deus pater hoc est mittam filium meum redimat et illos qui in miseria sunt in mundo vt eos qui in inferno commorantur. Quod ita factum est. **ponam in salu tari meo** idest in filio meo incarnato dicit in salutari et non dicit quid ponam subauditur salutem gencium Et adhuc quid ponam Contra gemitum leticiam et contra paupertatem diuicias spirituales **fiducialiter** idest potencialiter cassiodorus Quia potestas filii patris fiducia est sicut filii fiducia potestas est patris **agam in eo** Glosa Quia nichil ei resistit quia etiam docebit non quasi scribe et pharisei sed tanquam potestatem habens idest addens legi et mutans quedam pro voluntate sua vt auctor legis. Hugo verba patris predicta propheta in persona sua commendat verba predicationis christi ostendens eorum sinceritatem et vtilitatem quasi dicat pater mittet filium. **Et eloquia domini** idest que sunt **eloquia casta** Cassiodorus que nullum mendacium corrumpat nulla macula inficiat vel simulationis culpa corrumpat Augustinus Multi predicant veritatem sed non caste quia vendunt illam precio commoditatum huius seculi hugo deinde commendat elo quia domini a dulcedine sonus dicens **argentum** domini eloquium est. **igne examinatum** quia domini eloquia per tribulacionem ignis probata sunt Eloquium vero diuinum idcirco comparatum est argento quia sicut inter omnia metalla nichil est quod dulcius tinniat argento Ita inter omnia eloquia sermo diuinus dulcius sonat humane menti Et illud argentum est **probatum terre** idest a terra nil terrenitatis habens et ponitur genitiuus pro ablatiuo more greco Et est **purgatum septuplum** idest perfecte Septenarius enim numerus perfectionem et vniuersitatem significat vbi est **purgatum septuplum** idest per septem dona spiritus sancti videlicet per timorem dei. per pietatem per scienciam per fortitudinem per consilium per intellectum per sapienciam per que diuinum eloquium splendet dum verbi dei predicatores hiis donis refulgent cassiodorus Sicut enim superius dixit disperdat dominus vniuersa labia dolosa Ita consequenter dominum promittit omnes qui eloquiis eius pura mente crediderunt vnde dicit Hugo. **Tu domine** cuius eloquia sunt et casta **seruabis nos** per tua eloquia a malo **et custodies nos** in bono **in generacione hac** cassiodorus idest a peccato **in eternum** quia hic nos tribulacionibus mundi addiditos in tribulacionibus consolatur ibi in eterna securitate constituet hic adiuuat ibi glorificat et coronat. Ita nos piissimus creator hic seruat ne pereamus et ibi beatificat vt nullatenus miseri esse possimus. Et tamen cum bonis quam malis fiat in conclusione huius psalmi sub breuissima sentencia ostendit dicens **in circuitu impii ambulant** Augustinus idest in temporalium rerum cupiditate qui septem dierum repetitione tanquam in rota voluuntur Et ideo non perueniunt in octauum idest in illud eternum quod dabitur in octaua de qua iste psalmus intitulatus est. de hoc circuitu dicit salomon in prouerbiis Ventilator impiorum est rex sapiens et immittit illis rotam malorum idest ambitum temporalium que tanquam rota voluitur Hugo Sicut enim ille qui ambulat in circuitu semper est quasi in principio motus sui et semper habet ad ambulandum sic impii semper habent circa quod negocientur de quibus dicit propheta in septimo psalmo deus meus pone illos vt rotam Sequitur **secundum altitu dinem tuam** Glosa idest in virtutibus per quas facis eos ascendere ad te altum contemplandum **multiplicasti filios hominum**

bilingues sunt et dicunt qui in vna sentencia minime perseuerant

nullus superbi habent proprium

paupes gementes antiqui patres

contra gemitum leticiam

que nullum mendacium corrumpat

Multi predicant veritatem sed non caste

septuplum idest per septem dona spiritus sancti

hic nos in tribulacionibus consolatur

Ventilator impiorum est rex sapiens

hoc ideo adiungit quia e multiplicatio in temporalibus que auertit ab unitate dei sed iusti multiplicantur secundum altitudinem qui eunt de virtute in virtutem Jeronimus vel multiplicasti filios hominum iuxta habundantiam misericordie tue qua multiplicat etiam hoc est de pietate et misericordia ipsius cum in retributione future beatitudinis promissa tua percipientes conformes effecti fuerint corporis glorie tue tibi est cum eterno patre et spiritu sancto honor et gloria in secula seculorum amen

Usquequo domine obliuisceris me Titulus talis est. In finem psalmus dauid qui patet ex predictis Hugo In hoc psalmo ostendit iustitie desiderium modernorum patrum desiderantium secundum aduentum xpi Glosa Quanto enim desiderio antiqui patres xpi desiderauerunt primum aduentum tanto moderni cupiunt secundum. Iuxta illud. Cupio dissolui et esse cum xpo Ex persona igitur fidelium secundum aduentum xpi optantium ut cum eo viuant beate propheta sic ait. Usque domine obliuisceris me erit hoc usque in finem idest usque in diem iudicij vel usque ad mortem. Usque auertis faciem tuam a me idest faciem glorie tue quam sancti in gloria celesti speculantur Glosa More nostro loquitur scriptura cum dicit deum obliuisci et auertere faciem / hoc autem non iuxta veri proprietatem sed per creaturarum similitudinem dicitur in deum quippe obliuio non cadit nec aliqua permutatio. Quamdiu ponam consilia in anima mea Consilio non est opus nisi in aduersis Et est sensus quamdiu ponam consilia in anima mea idest quamdiu ero in aduersis et quamdiu ponam dolorem in corde meo pro peccatis meis et pro incolatu presentis vite miserie / per diem Cassiodorus idest per singulos dies ut absolute continuato temporis possit intelligi Usque exaltabitur inimicus meus super me. Augustinus Inimicus est dyabolus vel consuetudo carnalis Hugo ut ante hec tollantur a me respice. oculis misericordie et exaudi me domine deus meus mea miseria. me humiliter deprecante. illumina oculos meos nichol idest intellectum et affectum ne unquam de cetero obdormiam in morte mortalis culpe prolongando penitentiam usque ad mortem Hugo. Dormit in morte qui frequenter labitur et resurgit / obdormit autem obstinatus cassiodorus Oculos autem cordis / hic debemus aduertere qui in morte dormiunt qui fidei lumen sepulto carnali delectatione claudunt. Ipse enim somnus de quo letatur inimicus unde subdit. nequando Iohannes hoc in futuro iudicio. dicat inimicus preualui temptando aduersus eum Hugo. Inimicus dyabolus primo inuadit hominem temptando in suggestione / luctatur cum eo in delectatione / peruertit in consensu / inclinat in actu / precipitat in consuetudine et preualet in morte quando scilicet homo obdormit in peccato mortali Qui tribulant me scilicet demones qui me vexant temptationibus exultabunt si motus fuero a veritate fidei prebendo consensum suggestioni Sicut enim gaudium est in celis super uno peccatore penitentiam agente Ita gaudium est demonibus super una anima mortale peccatum perpetrante sed non mouebor quia ego in misericordia tua speraui Nam ut dicit Iohannes non mouebitur qui in misericordia dei est quia non sumus consumpti nichol Exultauit cor meum leticia interiori in salutari tuo idest in xpo qui venit saluare mundum in leticia exteriori cantabo domino ipsum laudando qui bona tribuit michi Augustinus idest bona spiritualia non ad humanum dei / et psallam nomini domini altissimi. cum deuota gratiarum actione Iohannes Merito domine ihesu xpe nomini tuo psallitur qui das pietatem et iustis victoriam prestas et peccatores ut ad te conuertantur inuitas / tibi gloria est cum eterno patre et spiritu sancto in secula seculorum amen

Dixit insipiens in corde suo Titulus talis est In fine psalmus dauid. In hoc psalmo propheta ostendit quod xpus qui tam desideratus erat iudeis antequam veniret contemptus est ab eis quando venit Et ideo primo increpat propheta insipientiam et duritiam iudeorum qui viso xpo ipsum esse deum minime crediderunt Glosa Est autem sensus tituli psalmus iste dirigens nos in finem idest in xpum est dauid prophete. Intendit enim confutare iudeos xpi contemptores cuius populi duritiam propheta increpans ait Dixit insipiens Hugo. populus iudeorum Translatio hebraica habet dixit stultus in corde suo non credendo. non est deus Iohannes unus ex eis non solum pro deo non habuit sed nec prophetam credidit cum dixit hic si esset propheta sciret que et qualis est mulier que tangit eum quia peccatrix est Et alter si filius dei est descendat nunc de cruce Hugo. Corrupti sunt cecitate infidelitatis et abhominabiles idest reprobi facti sunt apud deum.

in studijs suis idest dolosis machinationibus suis quibus studebant quomodo ihm occiderent Collector. Ex locum gregorius ih[a] moralium exponit reprobis ob amorem visibilium de deo peruersa sentientibus dicens **dixit insipiens in corde suo non est deus** Carnales viri iussa spiritualia contempnentes deum quia corporaliter non vident quousque ad hoc peruenit vt etiam non esse suspicentur per omne enim quod faciunt ad finem oculorum tendunt Et quia in deum oculos corporis tendere non possunt ei obsequia prebere despiciunt vel si ceperint fatigantur augustinus Et hij corrupti sunt et abhominabiles idest odibiles facti sunt deo in studijs suis idest in affectionibus suis amando seculum et non deum Ipse sunt affectiones que corrumpunt animam et sic excecant vt possit etiam dicere inprudens in corde suo non est deus dicens **non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum.** cassiodorus Quid ergo dicimus de patriarchis. Nonne bonum fecit noe cum domini preceptis obediens in archam saluandus intrauit Nonne bonum fecit abraham cum filium suum obediens diuinis iussionibus optulit inmolandum. Nonne bonum fecit iob qui dura passione percussus in omnibus gratias domino actitauit. Quid dicam de prophetis et apostolis qui mandatis domini famulantes seipsos gloriosis mortibus optulerunt/ fiunt et hodie domino largiente iustorum operatione que bona sunt Hugo Sed sciendum quod li vnum ponitur exclusiue et significat xpm vt sit sensus non est vsque ad vnum .i. preter vnum s. xpm augustinus Et iste est melior intellectus vt nemo intelligatur fecisse bonitatem preter xpm quia non potest quisque hominum facere bonitatem nisi ipse monstrauit cassiodorus Reuera solus est xps sine quo bonum aliquid et incipere vel implere imbecillitas humana non preualet et nisi fuerit vsque eius miseratione peruentum. Ipse est finis qui in titulo huius psalmi est premissus Hugo. Et quod non est qui faciat bonum hoc consequenter probat dicens Glosa. **dominus de celo** idest de humana natura quam assumpsit **prospexit** inter deus **super filios hominum** idest super iudeos Cassiodorus. Quos honoratius appellat filios hominum propter vnius dei cultum comparatione gentilium cum hoc prospexit **vt videat.** idest videre faciat **si est intelligens** xpm esse deum quia intelligitur debuisse esse deus quia multis miraculis aduentum sue diuinitatis ondit **aut requirens deum** qui ab eius voluntate non discrepet Et hoc non inuenit **quia omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.** Omnes iudei dicuntur declinasse cum tamen

carnales viri iussa spualia contempnentes

sc. affectiones que corrumpunt aiam

quid dicam de prophetis et aplis

reuera solus est xps

super iudeos quos honorans appellat hominum filios

omnes iudei dicuntur declinasse

et eis non minima turba crediderunt Sed a parte totum intelligendum est vt intelligantur multi de omnibus Tanti enim impij fuerunt vt pene omnes perfidi esse sic perisse putarentur: Isti ergo declinauerunt a gratia dei et facti sunt inutiles sibi hoc de amatoribus seculi potest intelligi Nicholaus **Omnes declinauerunt** a rectitudine iustitie **simul inutiles facti sunt** dicitur autem res inutilis que non valet assequi finem intentum sicut medicina que non valet ad sanitatem homo autem ordinatur ad felicitatem eternam possidendam ad quam isti sunt inepti **quia non est qui faciat bonum.** s. meritorium licet faciat aliquando aliquod bonum de genere **non est vsque ad vnum** Collector. Quia nec solus est qui operetur bonum meritorium ad salutem de illis qui sunt constituti in peccato mortali idest extra caritatem videlicet extra deum tanquam contrarius deo per voluntatem peccandi vnde dicit pius papa in decretis de penitentia distinctione tertia Nichil prodest homini ieiunare et orare ac alia religionis opera exercere nisi mens ab iniquitate reuocetur Raymundus Et licet bona opera non prosint meritorie ad salutem valent tamen ad aliquid videlicet ad extremi iudicij supplicium tolerabilius subeundum ad optinendum temporalium prosperitatem quia nullum bonum manet irremuneratum Vel hic vel in futuro Et ad hoc vt citius illustretur gratia dei cor peccatoris ad penitentiam Glosa. Qualiter autem illi qui declinauerunt inutiles facti sunt et alijs et sibi consequenter ondit Et primo qualiter facti sunt alijs inutiles dicens **sepulcrum patens est guttur eorum.** augustinus. Aut voracitas significatur inhiantis gule aut allegorice dictum est quia illos occidunt in fetidis sermonibus et quasi deuorant eos quibus suorum morum peruersitatem persuadent cassiodorus. Nam sicut sepulcrum cum patet fetidos exalat odores. Ita istorum guttur sermones pestiferos **linguis suis dolose agebant** adulando. Augustinus. Comes est voracibus adulatio et omnibus malis **venenum aspidum sub labijs eorum** venenum dicit dolum aspidum quia nolunt audire verba incantantis Ex in septimo psalmo euidentius dicitur Quorum os maledictione et amaritudine plenum est Cassiodorus Venenum enim dictum est ab eo quod per venas serpit Sic et vota malignorum occulta cogitatione grassantur. Grassari crudeliter agere latrocinari in pugnare **veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem** idest expediti et prompti sunt pro consuetudine malefaciendi de quibus dicitur prouerbiorum primo. Pedes eorum ad malum currunt vt effundant

Tanti impij fuerunt vt omnis perisse putaret

Non est qui faciat bonum meritorium

bona opera valent ad aliquid s. ad extremi iudicij supplicium

Sepulchrum cum patet fetidos exalat odores

expediti et prompti sunt pro consuetudine malefaciendi

sanguinem / deinde ostendit qualiter predicti inutiles sibi fuerunt dicentes **Contricio** et dolor
et infelicitas idest miseria. **in vijs eorum** idest in opibus eorum augustinus Omnes enim malorum hominum vie plene sunt laboribus et miseria Glosa Et tunc via impiorum contricio et infelicitas / contricio quia terit et teritur cum alijs nocet et sibi infelicitas quia ad infernum ducit Idem cassiodorus A quibus vijs non recesserunt mali **quia viam pacis** hugo idest penitenciam que ducit ad pacem **non cognouerunt** dicitur autem penitencia recte via pacis quia per penitenciam et non aliter venit homo ad pacem glosa vel specialiter potest accipi de iudeis dictum est qui dolose agebant contra xpistum cassiodorus

omnis vie malorum plene sunt laboribus et miseria

timuerunt iudei perdere regnum

Quorum os maledictione plenum erat quando pro bonis amonitionibus blasphemabant dominum et de eius morte tractabant glosa. Et ideo contricio et infelicitas in vijs eorum quia pro suis operibus contriti per tytum et vespasianum vnde et infelices sunt quia vbique dispersi sunt vel contricio est modo in vijs eorum quia xpistus lapis angularis est cadens super eos conterit eos per excecacionem et infelicitas erit eis in inferno cum in anima et corpore dampnabuntur. quia viam pacis idest xpistum non cognouerunt qui venit eos reconsiliari deo Idem cassiodorus precedentibus rebus subiuncta est sentencia que pulcre cuncta concluderet vnde dicit **Non est timor dei ante oculos eorum** hoc est deum non timent

qui pro bonis amonitionibus blasphemabant dominum

carnis subsidia reseruando anime necant

contempsistis humilem aduentum filij dei

nycholaus Scriptum est in prouerbiis xv. per timorem domini declinat a malo omnis homo Et ideo subtracto huius timoris retinaculo currunt homines ad malum sine freno deinde ponit penas predictorum sub interrogatione dicens **nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem** quasi dicat nonne timent de suis malis in futuro puniri qui nunc operantur sub libertate malicie imo tunc cognoscent quia sicut dicit gregorius oculos quos culpa claudit pena aperit. hugo **Qui deuorant plebem meam.** seducendo aut spoliando aut occidendo augustinus deuorant autem populum quia sua commoda ex illo capiunt non referentes ministerium suum ad gloriam dei et ad eorum quibus presunt salutem Et addit **sicut escam panis** idest cotidie Cibus enim panis cotidianus est glosa Sic et illi cotidiana rapina simplices xpistianos absorbent. Sicut dominus per ysaiam 3. ait / vos depasti estis vineam pauperis rapina pauperis in domo vestra quare atteritis populum meum et facies pauperis comeditis Cur hoc faciunt **quia dominum non inuocauerunt**

per timorem domini declinat a malo omnis homo

ipse in claritate venturus est ad iudicium

Non referentes ministerium suum ad gloriam dei

hic supplantator viciorum

Non enim hunc vere inuocat qui ea desiderat que illi displicent Et quia vere non inuocauerunt **ideo illic trepidauerunt timore vbi non erat timor** idest in dampno rerum temporalium Timuerunt enim iudei perdere regnum dicentes Si relinquamus eum omnes credent in eum et venient romani et tollant nostrum locum et gentem Timuerunt regnum terrenum amittere non erat timor et amiserunt regnum celorum quod timere debuerant Et hoc de omnibus commodis temporalibus intelligendum est quorum amissionem cum timent homines ad eterna non veniunt gregorius 1° libro moralium Sunt plerique peccatorum suorum conscij et ea que possident indigentibus largiri desiderant. sed tamen ne datis rebus egeant formidant Cumque carnis subsidia reseruando trepidi preparant ab alimentis mentem anime necantur et cum pati in terra inopiam metuunt eternam habundanciam superne refectionis amittunt glosa ostensa sentencia dampnationis illorum qui deuorant plebem domini propheta specialiter loquitur aduersus iudeos dicens O vos iudei. **scitote quoniam dominus in generacione iusta est** augustinus idest non est in eis qui diligunt seculum Iniustum est enim relinquere seculorum conditorem et diligere seculum **consilium inopis confudistis.** idest contempsistis humilem aduentum filij dei quia in eo non vidistis pompam seculi Et hoc fecistis. **quoniam dominus spes eius est** idest quia dicebat in solo deo esse sperandum vnde ipsi dicebant Mathei 27°. Confidit in deo liberet nunc eum si vult glosa Postremo iudeorum conuersio ponitur que fiet cum plenitudo gencium intrauerit vnde subdit **Quis dabit ex syon** idest de iudeis procedens **salutare israel** idest saluabit populum israeliticum nisi supple ille quem vos iudei humilem spreuistis augustinus Ipse enim in claritate venturus est ad iudicium viuorum et mortuorum cassiodorus Et tunc **cum conuerterit dominus** Ihesus xpistus **captiuitatem plebis sue** idest cum dampnauerit dyabolum qui dei plebem impia crudelitate persequitur et captiuare festinat **exultabit iacob et letabitur israel** in nouissimis temporibus saluati augustinus Repeticio est sicut solet fieri nam idem puto esse letabitur israel quod exultabit iacob ieronimus Ipse est iacob qui et israel sed hic iacob et illic israel / hic supplantator viciorum et illic videns deum facie ad faciem quando erit deus omnia in omnibus qui hic relictis secularibus mente deum contuetur Quod nobis tribuere dignetur. vt nos actu iacob effecti

supplantatis vitijs et vere israelite ipm mente
videre ipm corde retinere mereamur Cui est c
eterno patre et spu sco honor et gla i scla scloz am

Dne quis habitabit i tab

Titulus talis est psalmus david ps
auctor ps Glosa. Iste psalmus princ
est instructorius morum et presumptionis re
pressio In quo agitur de unitate pntis ecclie
et de futura quiete / propheta igitur preuidens
in spiritu corporalem inhabitationem malorum
cum bonis in sancta ecclia et retudens presumpti
onem malorum qui se gloriantur esse de eccia
querit quis in pnti ecclesia digne deo militet
et in futura sit btitudi
ne quietatus vn dicit **dne qs hitabit**
dig
ne **in tabnaculo tuo** idest in pnti ec
clesia vbi contra
dyabolum dimicamus augustinus quia et si taberna
culum ponatur aliqn pro habitatione eterna tamen
e proprie belli atque militantiu / vnde et contuber
nales milites dicuntur tanq simul hntes taberna
cula hic autem sensus adiuuatur ex eo quia
translatio hebraica habet domine quis peregrina
bitur in tentorio tuo ad tempus cum dimica
mus cum dyabolo et tunc opus habemus taber
naculo quo nos
refitiamus. **aut quis requiescet i**
mote sco tuo idest in eterna btitudine vbi
e visio pacis et supeminet
caritatis vbi nullus in agone contendet sed in
eterna btitudine requiescet. Hugo. psalma doctus
a domino sue questioni respondet que visio co
tinet decem effectus virtutu in exemplum decalo
gi / quarum septem pme ptinent ad pfectos et tres
vltime ad impfectos per quas homo digne habitat
in ecca militante et tandem per easdem requies
cet in ecca triuphante / pmus
ei effectus dcarum vtutu tn ttis est **Q ingredit.**
videlicet
ecclesiam **sine macula** mortalis peccati qz
sine minimis esse
non possumus vn leuitici xxi. precipitur q nul
lus habens maculam accedat ad ministerium
diuinum Ieronimus. Sed dicere aliquis poterit
non habeo maculam non feci malum Non enim
nobis sufficit malum non facere nisi fecerimus
et bonum vnde scd.
sm opus virtutis. **et opatur iusticiam**
idest bona opera custodiendo mandata dei Scds
effectus tercie
vtutis nicholaus **Q loqt veritate** prout
corde suo Et hoc facit quedam virtus q a pho e
ethicorum vocatur veritas p quam homo talem
i factis et in verbis se ondit exterius qualis est
iterius. Sequitur quar
tus effectus virtutis. **qui no egit dolu i**
lingua sua alijs verbis decipi
endo Quintus est **nec fec.**

iste ps e instructoriu morum

in pnti ecclesia ubi c dyabolu dimicam

i eterna btitudie ubi e visio pacis

sine minimis ee no possum

qda vtus ethice vocatur veritas

proximo suo malu in facto Ieronimus Qui
dam putant proximum
esse fratrem aut vicinu aut cognatum / proxim
noster omnis homo xpianus e. de quo dominus
dicit dilige proximu tuum si
cut teipsum Sextus effectus est **et obprobriu**
no accepit aduers proximos suos Ieronimus
idest obprobriu detractionis de fribus non accep
tauit Tunc non accipis obprobriu de proximus
dni / si prius non credis antequam probas illud esse
verum Hugo Ac si dicat Non vult audire verba
detractionis quia sm Ieronimu si deest auditor
deest et detractor Se
quitur effectus septimus **Ad nichilu deductus**
e in cospectu eius malignus idest no
est accep
tus in cospectu boni viri nec alicuius reputationis
Ieronimus Nam in ecclia quicumque malus e i cospctu
sancti pro nichilo reputatur nicholaus Cum sm ve
ritatem non e aliquo honore dignus eo q hon
referendus est alicui in testimonium sue virtutis
vt habetur iiij ethicorum Et quia timor e comes
virtutum
Ideo adiungit **timetes at dnm** puro corde id
est vir virtuosos
glorificat eos manifeste et publice honoran
do Reuerentia enim delata alicui i
testimonium sue virtutis etiam in secreto vel cora
paucis dicitur honor Si autem fiat publice et
coram multis dicitur gla quasi quedam claria q
mutata ... a claritate dicta Augus. Sicut enim
illa septem predicta superiora opera virtutum p
tinent ad perfectos Ita ea que nunc dicturus e
pertinent ad insipientes idest ad
ipfectos Se. q octaua vts nicholaus **Qui iurat**
proximo suo et no decipit quia qui facit
iuramentu bo
et tenet implendo illud In translatione hebraica
habetur sic iurat vt se affligat p ieiunia et vigi
lias carnem castigando et non mutat s. iurame
tum seruando tamen ibi ponitur iuramentu
pro voto quia vtrumque e obligatoriu. Hugo. Et
hec virtus est imperfectorum quia dns precepit per
fectis omnino no
iurare vts nona e **q pecunia sua no ded**
ad vsuram cassiodorus Duobus modis in scrip
turis sanctis pecunia probatur
intelligi vna est ista metallica q ad vsura om
nino dari prohibetur qm vitium cupiditatis est
exigere quale quid te nescias commodasse Altera
vero e quam ad vsuram dare euangelio docente
suademus idest predicationes sanctissimas et insti
tuta diuina / ait enim Sciebas me hominem duru
et austerum Nonne oportuerat te committere pecu
niam meam nummularijs et ego veniens exegisse
vtique q meu e cum vsura Ieronimus Multi volunt
illam donare sed etiam precium non recipiunt Cum
licet vitium et destitutum de ista predicatione acti

quida putant pxi esse fratrem

In ecclesia quicuq malus est

septe predicta opera virtutu ptinent ad perfectos

Duob modis in scripturis pecunia probatur

pre sicut paulus dicit Qui euangelium predicat de euangelio viuere debent Et dominus ait / dignus est operarius cibo suo Sed qui plus requirere voluerit in vsura . reputatur. hec virtus eius imperfectorum est quia et si non petiet quis eo quod gratum dedit tantum recipiet tamen perfectio non est quia dominus est frange esurienti panem tuum Et beatius est magis dare quam accipere vsque ad ista pertinent minor est a perfectione Sequitur decima virtus **Et munera super innocentes non accepit** hugo idest causam innocentis non reprimit vel retardat pro munere aliquibus Secundo etiam imperfectior est quia debemus etiam si possimus innocentes liberare et promouere. cassiodorus Expositis decem virtutibus propheta concludit dicens **qui facit hec** non dicit qui cantat hec vt nos ad actualem virtutem constringeret ne secreta tanti mistery intenti solis cantantibus iam et psallentibus **non commouebitur.** idest a deo non diuidetur. **in eternum** quod solis sanctis prestatur ieronimus Que si quis irreprehensibiliter in moribus custodierit non solum in commotione eterni iudicis securus erit verum et ipsum montem possidere merebitur in xpo ihesu domino nostro Cui est cum eterno patre et spiritu sancto honor et gloria in secula seculorum amen

Conserua me domine. Titulus talis preponitur huic psalmo Tituli inscriptio ipsi dauid glosa. Hic titulus de euangelio non de veteri lege sumitur In euangelio enim legitur quod crucifixo domino pylatus eleuans titulum cruci affixit . Ihesus nazarenus rex iudeorum Quem cum multi iudeorum vellent delere dicentes noli scribere rex iudeorum Sed scribe quia dixit rex sum iudeorum Respondit pylatus Quod scripsi scripsi hugo. Que verbi geminatio regni xpi confirmationem notauit Quod intelligens esdras per spiritum sanctum huic psalmo titulum apposuit ostendens agi in eodem psalmo de regno xpi per illam inscriptionem signato ieronimus Tres enim sunt tituli qui scribuntur vnus exequialis super tumulos mortuorum Alius preconialis vt in portis ciuitatis vel domorum ad laudem fundatorum Tertius triumphalis in victoria regis / hic ergo titulus victorie regis est idest xpi qui rex est et post victoriam eius idest post victum dyabolum redempto genere humano scriptus fuit hebraice grece et latine. glosa vt ostenderet rex esse omnium vere iudeorum idest vere confitentium ipsum Sensus ergo predicti tituli talis est Inscriptio tituli idest victoria et regnum quod inscriptio tituli cruci affixa notauit attribuitur vel conuenit dauid idest xpo dauid enim manufortis interpretatur Et xps sua fortitudine dyabolum vicit cassiodorus Est autem hic psalmus secundus eorum qui passionem et resurrectionem breuiter tangunt nycholaus Quem beatus petrus apostolus ad intelligendum scripturas diuinitus illustratus dicit intelligendum esse de xpo actuum secundo vbi magnam partem eiusdem psalmi de xpo exponit in confirmationem sue resurrectionis dicens prouidebam dominum et cetera vsque in fine psalmi cassiodorus xps ergo ex humanitate suscepta verba facit ad patrem conseruari se petens et dicens **Conserua me domine** nycholaus per talem modum loquebatur xps homo deo patri matheo .26. Transeat a me calix iste et cetera. **quoniam speraui in te** licet in xpo non fuerit spes prout est virtus theologica eo quod ab instanti conceptionis fruebatur fruitione beata tamen in xpo fuit spes glorie et corporis ante resurrectionem quam a deo expectabat **Dixi domino** patri **deus meus es tu** Sic loquebatur patri in sua passione hely hely lamazabathani quod est interpretatum deus meus deus meus vt quid dereliquisti me. **quoniam bonorum meorum non eges** deus enim pater nullo bono creato eget Et ideo non eget bono ipsius xpi vt hominis hugo postquam orauit xps ostendit que bona contulit ei deus pater mutans personas loquendo a prima in tertiam ad significandum in xpo duas naturas vnde dicit **Sanctis qui sunt in terra eius** idest apostolis aliisque fidelibus qui in terra viuentium spem suam posuerunt **mirificauit** idest miras fecit et ostendit deus pater **omnes voluntates meas** Omnes voluntates xpi referuntur ad duo scilicet ad voluntatem moriendi et resurgendi quia ipse voluit mori propter delicta nostra et resurgere propter iustificationes nostras sicut dicit apostolus ad Romanos quarto augustinus hys ergo sanctis miras fecit omnes voluntates meas in eis idest perfectum eorum quo senserunt quod eis profuerit humanitas mee diuinitatis vt moreretur et diuinitas humanitatis vt resurgeret nycholaus vel deus pater omnes voluntates xpi in sanctis apostolis et apostolicis viris mirabiles fecit illustrando eos scientia ad predicandum voluntates suas et confirmando miraculis predicationes eorum Et quia per predicationem apostolorum conuerse sunt gentes ad fidem que prius erant ydolatrie dedite Ideo subditur **multiplicate sunt infirmitates eorum** idest infirmitates ydolatrie gentilium quod patet ex translatione ieronimi iuxta hebreum vbi dicitur multiplicabuntur ydola eorum **postea accelerauerunt** quia dimissis ydolis ad fidem xpi velociter concurrerunt iudeis remanentibus in infidelitate pro maiori parte **Non congregabo conuenticula eorum** idest delubra . Delubrum dicitur templum ydolorum vbi conueniebant ad colendum ydola

Marginalia:

qui plus requirere voluit in vsura reputatur

non dixit qui cantat hec ut nos ad actualem virtutem constringeret

Tres sunt tituli qui scribuntur. exequialis preconialis. triumphalis

dauid manufortis interpretatur

huic psalmum dicit intelligendum esse de xpo

dixi domino patri

omnes voluntates xpi referuntur ad duo

ad predicandum voluntates suas confirmando

delubrum dicitur templum ydolorum

de sanguinibus quia fiebat sacrificium ydolis de sanguinibus animalium et aliquando de sanguinibus hominum Talia conuenticula xpistus per aplos non congregauit sed magis dissipauit. **nec memor ero nominum eorum per labia mea** augustinus Sed spiritualium mutatione obliuiscentur gentiles quod fuerunt nec a me iam peccatores vel inimici sed iusti et fratres mei et filii dei vocabuntur per pacem meam cassiodorus Quia postquam sacris fontibus sunt renati pristinis eorum nominibus deletis appellati sunt xpiani filii dei et amica sponsi idest xpi populus ita conuersus de relictis mundi vanitatibus ante dicit nycholaus **dominus pars hereditatis mee** quia conuersi ad fidem elegerunt dominum ihesum xpm pro parte sua hereditaria **et calicis mei** idest passionis mee que per calicem in scriptura designatur vbi saluator de sua passione dicit Matthei 26 Si non potest hic calix transire nisi bibam illum Multi ergo gentiles ante conuersionem xpm persequentes postea conuersi amore xpi ad passionem se prompte et letanter optulerunt et hoc propter spem hereditatis eterne consequende Ideo subditur **tu es qui restitues hereditatem meam michi** cassiodorus Hereditas autem xpi est predestinata multitudo sanctorum Vnde ei dicitur in psalmo 2o. Postula a me et dabo tibi gentes in hereditatem tuam nycholaus **Funes ceciderunt michi in preclaris** idest in apostolis qui pre ceteris fuerunt in spiritu sancto illuminati et ipsi per sortes missi fuerunt ad predicandum Que sortes apostolorum per funes intelliguntur Vnde in libro iosue Sortes decem tribuum frequenter nominantur ibi funiculi et funes Et loquitur hic scriptura in persona xpi transeundo de membris ad caput. **etenim hereditas mea preclara est michi** idest ecclesia fidelium que vocatur hereditas xpi Sicut scribitur ieremie quinto capitulo Qui fecit omnia ipse est et israel sceptrum hereditatis eius dominus exercituum nomen eius hugo Supradictum enim versiculum confitentur clerici qui accipiunt benedictionem corone dicentes **Dominus pars hereditatis mee et calicis mei** Augustinus Tale est ac si diceret Eligant alii sibi partes terrenas quibus fruantur et temporales porcio mea eternus dominus est Et bibant alii mortiferas voluntates porcio calicis mei dominus est. **tu es qui restitues hereditatem meam michi** ieronimus Restituet deus pater hereditatem xpi qui electos suos corpus videlicet sancte ecclesie ad illam integritatem attraxerit vt post resurrectionem acceptis corporibus suis incorrupti et immortales viuant quia illam immortalitatem in adam perdiderunt **funes ceciderunt michi in preclaris** hugo Per funes quibus limitatur et diuiditur hereditas terrena intelliguntur sortes diuine electionis Ac si dicat partes hereditatis mee contigerunt michi sorte idest gratia diuina electionis in preclaris idest in celestibus vbi nichil est nisi preclarum scilicet immortalis possibilitas et fruicio diuinitatis etenim bene contingit michi quia hereditas **hereditas mea** celestis **preclara est michi** idest pre omnibus aliis bonis preciosa clara et predilecta Deinde xpus agit gracias patri pro bonis sibi et suis collatis dicens **benedicam dominum.** nycholaus agendo gracias deo patri sicut habetur Iohannis 11o. Pater gracias ago tibi quoniam exaudisti me **qui tribuit michi intellectum** quia ab instanti creacionis anima xpi fuit repleta sciencia **insuper et vsque ad noctem** idest vsque ad mortem que in scriptura nox vocatur **increpuerunt** idest increpauerunt **me renes mei** idest iudei de sanguine meo nati xpus enim secundum carnem natus fuit de iudeis parentela autem designatur per renes eo quod ibi viget virtus generatiua in sexu virili cassiodorus Ac si diceret supra mala que michi fecit omnis generacio iudeorum insuper et de tribu iude ex traxi originem me increpasse nosciuntur dicentes Iohannis 8o nycholaus demonium habes Et Matthei 11o. Ecce homo vorax et potator vini ac publicanorum amicus Et in passione dicebant Vath qui destruis templum dei et cetera hugo Vel sic **Increpuerunt me renes mei** idest inferior natura mea vsque ad mortem idest vsque ad passibilitatem carnis Timebat enim caro passionem Ego autem in mea passione augustinus **prouidebam dominum in conspectu meo semper** quia veniens in ea que transeunt non abstuli oculum ab eo qui semper manet nycholaus Anima enim xpi ab instanti creacionis habuit continue claritatem diuine visionis **quoniam a dextris est michi ne commouear** augustinus idest facit michi vt stabiliter in eo permaneam nycholaus humanitas enim xpi est organum diuinitati coniunctum Et ideo non potest moueri aliquo nisi secundum voluntatem deitatis propter quod in xpo non potuit esse aliquis motus inordinatus exurgens ex dictis iniuriis iudeorum vel ex quibuscumque causis que deinde describitur xpi resurrectio glosa et dicit **propter hoc** idest propter resurrectionem meam que infra ponitur que erat leticie xpi vnde subditur **letatum est cor**

Marginal notes:

pagani post sacris fontibus sunt renati vocantur xpiani

multi gentiles conuersi sunt ad passionem

sortes apostolorum per funes intelliguntur

porcio mea eternus dominus est

Per funes diuiditur hereditas terrena

Ab instanti creationis anima xpi fuit repleta sciencijs

homo vorax et potator vini

No

facit michi vt stabiliter in eo permaneam

meum quia certitudo boni expectati est causa delectamenti et exultauit lingua mea augustinus. Ac si dicat propter quod et cogitationibus meis iocunditas et in verbis exultatio. ipsa est enim perfecta leticia que et hylari corde concipitur et alacri sermone profertur. Insuper et caro mea requiescet nycholaus in spe scilicet resurrectionis future. quoniam non derelinques animam meam in inferno idest in limbo sanctorum patrum ubi anima christi fuit per triginta nouem horas tantum scilicet ab hora nona ferie sexte in qua fuit separata a corpore usque ad diluculum diei dominice quando fuit corpori reunita. Ideo subditur nec dabis sanctum tuum idest corpus meum omnino impollutum videre corruptionem idest incinerationem vel putrefactionem fuit tamen ibi corruptio accipiendo pro morte quia corpus christi fuit vere mortuum per separationem anime notas michi fecisti vias vite accelerando tempus resurrectionis mee augustinus. vel notas fecisti per me humilitatis vias ut ad vitam rediret homines unde per superbiam ceciderant In quibus ego sum michi fecisti hugo Adimplebis me leticia cum vultu tuo cum ad dexteram tuam sessurus ascendero et delectationes erunt michi in dextera tua id est in consensu tuo et hoc usque ad finem idest perfecte et eternaliter nycholaus Quia dignitas huius sessionis christi honoris erit sempiterne durationis collector hunc versiculum exponunt Ioannes et augustinus ut sit vox christi pro se et suis fidelibus In quibus quia ipse est adimplebis ait me idest meos in futuro leticia cum vultu tuo ut nil ultra querant ad cum facie ad faciem te viderint glosa Et interim fuit eis delectationes et consolationes in itinere huius vite. in dextera tua idest in fauore et propitiatione tua que delectationes perducunt eos usque in finem idest usque ad consummationem beatitudinis eterne cassiodorus Consideremus hunc psalmum quanto nos munere salutis informet In passionibus confidentiam in spe eterna gloriam pollicetur ut dicendo que futura sunt prospera presentia non timeamus aduersa Scola celestis eruditio vitalis auditorium veritatis disciplina certissime singularitatis que discipulos occupat sensibus fructuosis non inanium lenocinatione verborum Ioannes. Unde nos deprecamur ut a delectationibus quibus sancti potiuntur nequaquam disiungi si non meremur nostra gloria non excludamur a venia per christum dominum nostrum Qui cum eterno patre et spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum Amen

certitudo boni expectati est causa delectamenti

Anima christi fuit in limbo sanctorum per triginta nouem horas

usque ad finem idest perfecte et eternaliter

delectationes perducunt eos usque ad consummationem beatitudinis eterne

si non meremur nostra gloria non excludamur a venia

iste psalmus tota sui contextione supplicatio est.

oratio dauid idest christi significati per dauid

tibi usque ad mortem obediens fui

retribuendo in gloria resurrectionis

Exaudi deus iusticiam meam Titulus huius psalmi talis est oratio dauid cassiodorus Cum multi psalmorum in textu suo habeant orationes monere videtur cur hic tale imposuerit inscriptionem. Sed quamuis alii cum rebus diuersis breuiter iunctas contineant orationes Iste tamen tota sui contextione supplicatio est glosa Et est prior eorum qui nomine orationis intitulantur Sunt et alii quatuor videlicet lxxxix. scilicet Domine refugium et Cio videlicet Domine exaudi atque C xlii. scilicet voce mea prius cum psalmus est oratio christi capitis adiuncta sibi etiam quod corpus christi est hugo Orauit autem christus non pro sua sed pro nostra utilitate ut nos ad orationem inuitaret sicut fleuit lazarum ut nos caritatem proximi doceret habere quia omnis christi actio est nostra instructio Sensus tituli talis est hic psalmus est oratio dauid idest christi significati per dauid quia manu fortis est et desiderabilis ut sepius supradictum est cassiodorus Tripharia oratio ab humilitate christi in hoc psalmo exprimitur prima est ubi secundum sua iusticia sibi petit debere restitui Secunda ut a iudeorum insidiis eius pietas liberetur In tercia resurrectione velocissima deprecatur ne diutius insultare liceat peruerso populo iudeorum Et ne aliquid de illius maiestate turba fidelium haberet ambiguum profitetur se in eterna beatitudine mansurum Ioannes vox ergo christi in passione vel ecclesie in tribulatione orat dicens hugo Exaudi deus iusticiam meam qua tibi usque ad mortem obediens fui intende deprecationem meam que est de malis tollendis auribus clementie tue percipe orationem meam que est de bonis adipiscendis orationem dico factam non in labiis dolosis sed simplicibus quia sicut dicit ysaias liii. dolus non fuit in ore eius Oratio illorum est dolosa qui dicunt domine domine et non faciunt voluntatem patris nycholaus loquitur de deo per modum humanum quia in deo non sunt lineamenta corporis unde subdit specificationem sue petitionis dicens cassiodorus De vultu tuo idest de conspectu tuo qui secundum illam que in me respicis atque cognoscis hugo iudicium meum quo iudicatus sum a pylato prodeat idest exeat in publicum ad noticiam omnium gentium Oculi tui domine videant equitatem retribuendo michi gloriam resurrectionis hec est enim equitas ut sicut in passione humillimus factus sum omnium Ita in ascensione et resurrectione exaltatus super omnes Unde ad philippenses ii. apostolus dicit propter quod et deus exaltauit illum Et ostendit quod hoc meruit cum subiungit glosa Probasti cor meum et visitasti

nocte idest ipsum cor meum visitacione tribulaci
onis probatum est que tribulacio non solum
nox dicitur sed etiam ignis Nox quia perturbat ig
nis quia exurit
Unde subditur **Igne** tribu
lacionis **me exami**
nasti hoc dicit ad similitudinem
fornacis que metallum purgat **et non est**
inventa in me iniquitas Vnde ysa. liij. Iniquitatem
non fecit cassiodorus Sic
ergo et tribulacionibus ignitis examinatus est dominus
xps in sua passione Ibi mirande paciencie docu
menta monstrauit sed non est in illo inuenta
iniquitas quam adustio ulla decoqueret glosa
Et non dico
iactanter viz. **non est inuenta in me iniquitas**
vt non loquatur os meum opera hominum
Augustinus. idest vt aliquid procedat de ore quod perti
net ad gloriam et laudem tuam. Hugo opera hominum
loquuntur iactatores sunt qui non deum
sed seipsos in suis operibus laudant **propter ver**
ba labiorum meorum adimplenda idest vt imple
rentur scripture de redemp
tione generis humani per me complenda quas per
ora prophetarum
locutus es **ego custodiui vias duras**
scilicet paupertatis mortalitatis humane atque passio
nis hoc quilibet fide
lis dicere debet Iohannes **propter verba labiorum meo**
rum ego custodiui vias duras Ac si dicat
Timens fu
tura supplicia que legis transgressoribus comminatus
es duris me laboribus exercui et subieci corpus anime
potestati Sed quomodo dicit hic duras dum in euangelio
dicitur Iugum enim meum suaue est et onus
meum leue Suaue est volentibus et durum est nolenti
bus Quamuis durum esse videatur ad sanctos propter
corporalem condicionem tamen suaue est ipsis qui
habent spem remu
neracionis vite eterne **perfice gressus meos**
idest actus vel
sensus meos **in semitis tuis** idest manda
tis tuis per
ficere est ad finem perducere cassiodorus Inchoamus
enim cum in hoc probabili conuersatione degimus
sed vbi ad finem venerit rigorosa constancia ibi per
ficimur ibi tota integritate complemur Sicut ait
euangelium Qui perseuerauerit vsque in finem saluus
erit.
Hugo **vt non moueantur vestigia mea.**
supple a semitis idest a mandatis tuis quia vt dicit
dominus luce 9° Nemo mittens manum suam ad ara
trum et aspiciens retro aptus est regno dei vt est xpi
dicere
tis **perfice gressus meos in semitis tuis**
quasi dicat. Augustinus. Custodiui vias duras vtique ad
perficiendos gressus meos in semitis tuis idest vt
proficeretur caritas eterne in an
gustiis vijs quibus venitur ad requiem **vt non moue**

tribula. non solum nox sed ignis dicitur

iactatores qui non deum sed seipsos in suis operibus laudant

timens futura supplicia comminatus es

vbi ad finem venerit rigorosa constancia

custodiui vias duras

antur vestigia mea idest signa itineris
mei que tamquam vesti
gia sacramentis et scripturis apostolicis impressa sunt
vt illa intueantur et obseruent omnes qui sequi
me volunt Hugo Deinde petit rex **Ego clama**
a iudeis persequentibus liberari Vnde dicit
ui idest valida intencione
preces ad te direxi. **quoniam exaudisti me**
sicut ad hebreos v° dicit apostolus In omnibus ex
auditus est pro sua reuerencia Sed videtur quod debet
dicere conuerso Exaudisti me quoniam clamaui Quod
soluit gregorius dicens Neminem exaudiuit deus
nisi quem vt precetur inspirat Est ergo sensus
Ego clamaui quoniam dedisti michi
confidenciam impetrandi Et ideo **inclina aurem tuam**
scilicet mihi michi in
firmitate penitencie. **et exaudi verba mea** firmo in
quo fecit.
Mirifica misericordias tuas Misericordie dei fu
erunt quod per passionem
filij sui voluit sibi reconciliari mundum has ipse
deus pater mirabiles fecit quando per filium suum incar
natum et passum qui resurrexit a mortuis et as
cendit ad celos redemit mundum et etiam multa
miracula fecit/ hec enim miracula admirantes iu
dei et inuidentes excecati sunt et gentes laudantes
crediderunt/ vnde de beato augustino dicitur Nec sacia
batur illis diebus dulcedine mirabili conside
rare altitudinem consilij
dei in super salutem generis humani **qui saluos facis**
sperantes in te cassiodorus idest in eterna vita
constitues nam frequenter illi
magis in hoc mundo trucidati sunt qui eius nomini
crediderunt Hugo Et quia iudei vt predictum est inui
derunt mirabilibus que xps faciebat. Ideo ipse
petit ab eorum insi
dijs liberari dicens **a resistentibus** iu
deis **dex**
tere tue idest michi qui sum dex
tera tua per quam facta sunt omnia **custodi**
me idest humi
litatem meam **vt pupillam oculi** que tener
rime cus
toditur cassiodorus pupilla est media pars oculi qua
lux et tenebre diiudicantur et discernuntur/ huic
comparata est humilitas xpi cui datum est in suo
iudicio iustos a peccatoribus segregare glosa Quia
eos qui fidem humanitatis habent in sorte bonorum
alios vero in consorcio malorum annumerat Quo
autem me custodi
es subiungitur cum dicit **sub vmbra alarum**
tuarum protege me cassiodorus Misericordia
quippe et caritas ale
sunt patris quibus se pro
tegi congruenter expostulat **a facie** idest a cru
delitate id
est fera
pessima **impiorum** idest de
monum **qui me afflixerunt**
qui excitatum iudeorum populum in necem meam
ardore precipiti compulerunt Et opus est vt
protegas **quia inimici mei** scilicet iu
dei. **animam**

Valida intencione preces ad te direxi

Misericordie dei fuerunt quod per passionem filij voluit reconciliari mundum

Frequenter illi magis trucidati sunt qui nomini xpi crediderunt

No

Misericordia et caritas ale sunt patris

i. vitam meam acciderit qui cum gladiis et fustibus cum insanorum turba me capere venerunt Adipem suum concluserunt Concludunt adipem qui multa voracitate pinguescunt. Sic iudei scelerum nimietate saginati capto christo primum sua leticia cooperti sunt augustinus Et post cupiditas cordis de scelere saciata est Os eorum locutum est superbiam dicendo Vah qui destruis templum dei et cetera cassiodorus Et bene hic dicit tantum ore et non etiam corde locuti sunt quia sceleratorum mos est illa frequenter sermone defendere que noscuntur contra scientia teste dampnare. Proicientes me idest extra civitatem me eicientes ad crucifigendum ut prius tempus possint pro futuro quod apud probos cognoscitur usitatum Glosa Circumdederunt me in cruce non obsequio sed furore quasi ad spectaculum currentes Et hoc Oculos suos statuerunt declinare in terram quia ne amitterent locum et gentem occiderunt christum augustinus Intentionem cordis sui statuerunt declinare in ista terrena putantes magnum malum pati cum quem occidebatur et se nullum iudei qui occidebant. Hugo. Susceperunt me a discipulo tradente a preside pilato iudicante et a deo disponente Sicut leo idest diabolus paratus ad predam cassiodorus Principes iudeorum iuste comparati sunt leoni dyabolo quo auctore fremuerunt et multo peiores effecti sunt Siquidem dyabolus dominum temptavit quem cruci istorum insania crudelis affixit Et reliquus populus iudeorum effectus est Sicut catulus leonis idest filius dyaboli assenciens principibus sacerdotum cui dominus est vos ex patre dyabolo estis Iste populus similiter fremebat contra christum habitans idest permanens Augustinus et cogitans in abditis idest de insidiis quibus circumveniret et perderet iustum Exurge ad vindictam domine quem dormire arbitrantur et contra iudeos iniquitates hominum non curare Preveni eum videlicet populum iudaicum vindicta antequam excecentur malicia sua et vindicta preveniat priusquam peccatum perficiat Glosa A simili currentis dicit Currit dominus ut crucifigatur currit deus pater ut iudicet sed deo preveniat excecando Nemo enim prius in alium quam in se peccat quia quisque peccando se ledit quam alium petit ergo ut finem eorum vindictam exhortacionis preveniat Et ita supplanta eum a similitudine idest subverte eum et fac ut locum et gentem perdat pro quibus retinendis me crudeliter occidit augustinus Eripe animam meam resuscitando me a morte que michi ab impio frameam introgressa est

Iudei scelerum nimietate saginati sua leticia cooperti sunt

Intentione cordis sui statuerunt declinare in terrena

Cogitans de insidiis quibus circumveniret et perderet iustum

supplanta eum a silicis i. subverte

framea i. anima mea christi ferrea

per ipsam dyabolum vicit

ad destructionem civitatis ihrlm

saturati sunt porcina

eius voluntatem impleverat

frameam meam idest animam meam que sua mea est tanquam ferrea manus tue idest eterna virtus tua assumpsit ut per ipsam debellet regna iniquitatis idest dyaboli et dividat iustos ab impiis hanc ergo eripe Ab inimicis manus tue hoc est virtutis tue videlicet ab inimicis meis qui sunt virtutis tua iohannes Framea ergo dei patris anima christi est de qua facit iustam vindictam cassiodorus Nam per ipsam dyabolum vicit per ipsam mundum a superstitione sordida mundavit per ipsam debellata est captivitas que humanum genus sobolem possidebat nicholaus Postquam christus oravit pro sua liberacione subdit de adversariorum retributione Domine a paucis videlicet fidelibus credentibus divide eos per diversa loca dispergendo in captivitatem in vita eorum augustinus idest de terra quam inhabitant scilicet a civitate ihrlm disperge eos per orbem terrarum in ista vita quam solum vitam suam putant quia eternam desperant iohannes hoc factum est per titum et vespasianum Nam paulo ante destructionem civitatis ihrlm quidam iudei ad fidem conversi premoniti sunt a spiritu sancto ut civitatem exirent et in regnum agrippe tenderent ne cum impiis iudeis perirent Causam huius dispositionis ostendit postea dicens De absconditis tuis idest de peccatis que tanquam augustinus tenebre absconduntur a lumine veritatis tue Adimpletus est venter eorum idest adimpleta est memoria eorum in tantum ut obliviscantur deum saturati sunt filiis idest de operibus malis filios enim opera intelligimus Et sicut bona opera bonos filios ita malos filios mala opera Translatio romana habet saturati sunt porcina idest immundicia sua conculcantes margarita idest sermonem dei cassiodorus Omnis iniquitas execranda audiebat sensus eorum mandata dei et illi saturabant sordibus peccatorum et dimiserunt reliquias suas idest reliquias peccatorum et male parvulis idest posteris suis filiis augustinus Clamantes peccatum hoc super nos et super filios nostros Ego autem qui non appareo eis quia corde sordido et tenebroso lucem sapiencie videre non possunt in iusticia tua apparebo Deuita conspectui tuo cassiodorus Patris apparens morte se dicit in iusticia quia eius voluntatem impleverat qui mundum ab interitu mortis sanguinis sui effusione salvavit Hugo Saciabor In salute generis humani de qua dicit in cruce sitio Ac si dicat Dum illi saturati immundicia sua ut me non cognoscerent ego iohannes saciabor in sanctis et electis tuis qui per me crediderunt quia meum est quod illis prestitisti nam in illis sum et ipsi in me tecum

cum apparuerit gloria tua cassiodorus Xps sa
turari se testat.
de humani generis credulitate suscepta quando nu
merus sanctorum beata adunatione suppletus est patris
autem gloria manifestatur in domini saluatoris iudicio
cum vniusquisque recipiet de actibus mercedem sicut
ipse dominus apostolis suis dicit In illa die cognoscetis quia
ego in patre et pater in me est. Sic ergo patris et filii
et spiritus sancti vna natura vna potestas vna gloria
declaratur ieronimus Nos igitur domine ihesu xpe a
te redempti qui nobis exemplum ad orandum ad ope
randum et ad patiendum tradidisti tanta potentia
pietatem cernentes supplices exoramus vt examinati
diuino igne non simus humanorum operum detractores
sed in te stabiles et fixi tuam gloriam iugiter extollamus
in opere prosequamus in fide laudemus in voce quia tu
es benedictus in secula seculorum Amen

patris gloria manifestat

non simus humanorum operum detractores

Diligam te domine Titulus huius psalmi
talis est In finem
puero domini dauid qui locutus est domino
verba cantici huius in die qua eripuit
eum dominus de manu inimicorum eius et de manu
saul Glosa legitur primo regum quod rex iniquus saul per
secutus est dauid mitem et mansuetum quo mortuo
dauid liberatus est et in pace regnauit pro hac libera
tione dauid cantauit domino litteraliter hunc psalmum
pro gratiarum actione Sed quia titulus habet in fine
et cantici remouetur ab historia finis namque xps est can
ticum vero est exultatio de eternis Melius ergo ac
cipitur de toto xpo scilicet de se et corpore eius quod est
ecclesia quod totum dominus liberauit in die resurrectionis
de manu inimicorum idest iudeorum idest demonum
et de manu saul idest mortis per saul enim intelligitur
mors Sensus enim predicti tituli talis est verba can
tici huius agentis de leticia resurrectionis xpi et consti
tutionis ecclesie et tendentis in finem idest in xpm co
uenium dauid idest xpo scilicet puero domini de quo ysa
dicit Puer natus est nobis que verba locutus est xps
pro se et suis fidelibus domino idest ad honorem dei pa
tris in die qua eripuit eum idest liberauit xpm hominem
cum suis fidelibus de manu inimicorum eius idest de
potestate iudeorum quantum ad xpm et de potestate demonum
quantum ad eius membra Et de manu saul idest mortis
Saul enim peticio interpretatur quia populus non
voluntate dei hunc sibi regem petiit Similiter deus
mortem non fecit sed impii eam sibi manibus et pe
dibus acquisierunt Idem ieronimus augustinus et cassi
odorus augustinus dicit ergo hic xps et ecclesia idest totus
xps caput
et corpus Diligam te domine cassiodorus Diligit domi
num qui mandatis eius
deuotus obtemperat sicut ait in euangelio Qui audit
verba mea et facit ea hic est qui diligit me Non dicit
diligo sed diligam in futuro vt notat perseuerantia
quatinus numquam defecisse videatur Causas huius
dilectionis sub
dit dicens nycholaus fortitudo mea per quem fortis
sultus in
inimicorum sum contra in
Dominus firmamentum meum idest deus michi fu

xps namque finis est

saul peticio interpretatur

mitatem paciencie in to
tolerancia aduersariorum et refugium meum
magnitudine imminentium periculorum et liberator meus de morte infer
ni Deinde mutans personam ait augustinus
Deus meus adiutor meus qui michi adiutorium
prius inuocationis tue prestitisti ct propheta sperabo in eum nycholaus de premio
vite eterne protector meus contra insurgentes hostes et cor
nu salutis mee repellens et conuiciens inimicos meos fortiter glosa Et
susceptor meus quia tu suscepisti me per graciam Et ideo lau
dans non meam gloriam sed domini queres hugo inuocabo dominum
cum deuotione cordis et sic per eius adiutorium
ab inimicis meis tam spiritualibus quam corporalibus saluus
ero quod bene sequitur post inuocationem secundum illud
iohelis tercio Omnis qui inuocauerit nomen
domini saluus erit Deinde in persona iustorum qui
fuerunt ante aduentum xpi aut
propheta de cladibus humani generis dicens circumdederunt
secundum continuam litteram posset aliquis dicere Tu di
cis te esse saluandum quare
hoc dicis quid mali tibi est. Ecce circumdederunt
me dolores mortis idest dyaboli qui ante ad
uentum xpi possidebant ge
nus humanum vel dolores mortis dicit penalitates car
nis vt fames sitis
calor et frigus et torrentes iniquitatis
idest confluxus pecca
torum rabide inundantes conturbauerunt me
quia per peccatum conturbatur anima sic quod nesciat quod
eligendum aut fu
giendum ieronimus dolores inferni circumdede
runt me idest inuidie detrahentium que mortem in
fernalem operantur et perducunt ad in
fernum peccati Idem
augustinus hugo preoccupauerunt me
laquei mortis idest reatus originalis peccati post
ligauit me quam ex propria virtute
peccarem Est multiplex mors quarum quelibet habet
laqueos suos sed quemadmodum ab hiis fuerit liberatus
subter ex
ponit dicens In tribulatione mea inuocaui
dominum cassiodorus hoc est vnum singulare remedium
inter mala predicta scilicet inuocare dominum
in tribulationibus quando constat totis viribus peti
quod tempore necessitatis optatur Quemadmodum inuoca
uit gnater ostendit dicens Et ad deum meum clamaui pro libe
ratione
a predic
tis malis Et ipse dominus exaudiuit de tem
plo sancto suo vocem meam nycholaus hoc est ex
audiuit de corde meo

michi adiutorium inuocationis tue prestitisti

Inuocabo dominum cum deuotione cordis

Confluxus peccatorum rabide inundantes

No

singulare remedium inter mala predicta

in quo habitat. **vocē meā** sua gratia in clamando liberaue**ne** **et clamor meus** qui ex corde procedit **ī cōspectu eius introiuit ī aures eius** loquitur de deo more humano quo clamor potentis introire in aures postulantis dicitur quando eius oratio exauditur. Deinde ostendit q̄ facta sunt tempore incarnationis dominice dicens **cōmota ē et cōtremuit terra** collector. In primo aduentu domini terra id est peccatores terreni commoti sunt corde ad penitentiā per predicationem xpi et contremuerunt exterius pro peccatis suis flentes iohannus. Quando de infidelitate ad fidem venerunt et de terrenis credentibus factum est **fūdamenta mōciū** idest spes et celum cassiodorus presumptiones superborum s. diuicie honores ceteraque humana quibus illi decepti velud fundamentis constantibus innituntur. hec omnia **cōturbata sūt et cōmota sunt** glosa. Ut iam spes non habeat fundamentū in cordibus hominum et reddit causam quare commota sunt dicens **quōniā iratus est eis** propter humana que domino probantur exosa augustinus **Ascēdit fumus** idest lacrimosa deprecatio penitencium iohannus. Que conficitur ex compunctione cordis et lacrimarū fonte sicut fumus causatur ex igne et aqua et addit **in ira eius** hoc est pre timore ire eius per quam minatur deus impiis eterna supplicia cassiodorus. Et postea **ignis** idest caritas dei victutū progressibus crescens **a facie** idest noticia **eius exarsit** quam ipsius illuminatione caritas conceditur eis q̄ peccata deliquerunt **carbones succensi sunt** Carbones vero succensos peccatores dicit qui velut carbones mortui ab igne boni desiderii frigidi in mūdi istius cecitate tenebantur. Et iterum penitencia inflammante **reuiuiscūt ab eo** idest veniente domino. Quomodo autem venit consequenter ostendit dicens **inclināuit celos** iohannus. Celi enim angeli inclinati sunt quando gabriel ad mariam venit **et descendit** xps in carne formam serui accipiens cassiodorus **et caligo** idest dyabolus qui mentes hominum innubilat dum veritatis splendorem non permittit quos possidet et hic dyabolus est **sub pedibus eius** quia dominium saluatoris potestate calcatur et qui ipse descendit **ascēdit sup cherubin** idest supra q̄ noster intellectus possit comprehendere quando videntibus apostolis ad celorum regna conscendit. Que enim creatura preualeat tanti secreti attingere archanū q̄ carnem terrenam in eterna celorum gloria collocauit et fecit eam creaturis omnibus adorabilem q̄ terrenas pertulit passiones. Sequitur **et volauit** gregorius in libro moralium. Quia longe in altū ab intellectu nostro se rapuit **volauit sup pēnas ventorū** quia sciam transcendit animarū. Vento quippe animas figurari pro velocitate sue conditionis non inconuenienter accipimus nycholaus. Nam cogitationes eius velocissime sunt. Etiam anima invisibilis est et invisibiliter mouet corpus sicut ventus. Et insufflata dicitur corpori non q̄ deus habeat os s̄ ipsam insufflauit corpori hoc est dedit vel misit cassiodorus. Vel hec repititio volauit volauit super pennas ventorū celeritatem nimia ostendit idest velocius vento fama eius per mūdi spacia cucurrit quando ipso in cunabilis iacente magis eū stelle claritas nunciauit. Quid enim dici potest velocius qui mox vt natus est in alia mūdi parte conspectus est **et posuit tenebras** idest misterium incarnationis sue quod nobis est tenebrosum et obscurum **latibulū suum** seipsum dicit idest secretū maiestatis sue vt qui in natura deitatis sue videri non poterat sub incarnationis velamine humanis conspectibus redemptor pyssimus appareret vt **posuit tenebras latibulū suū** augustinus idest obscuritatem sacramentorū suorum et occultantem spem in corde credenciū vbi ipse latet non deserens eos. Unde subditur **in circuitu eius taberna culū eius** idest conuersi ad ipsum sunt in circuitu eius et ipse est in medio eorum in quibus tanquam in tabernaculo idest in dimicantes et militantes contra vicia habitat hoc tempore. Nam tabernaculum militanciū esse dicitur **tenebrosa aqua** Scriptura obscura est **in nubibus** idest in prophetis et predicatoribus verbum dei cassiodorus. Quia quamuis si aliquis dicat dicta eorum intelligere ad ipsam sicut est virtutem doctorum in totum vix potest peruenire sicut dicit apostolus videmus nunc per speculum in enigmate tunc facie ad faciem cassiodorus. **prefulgore** vna dictio est hugo. idest per lucide **in cōspectu** idest in agnicione **eius** scilicet cristi **nubes** idest apostoli predicatores verbi dei. **trāsierūt** mundum gregorius 19° moralium. Quia predicatores sancti vniuersa mundi spacia miraculorum claritate percurrūt. Qui et **grādo et carbones ignis** vocati sunt quia et per correptionem feriunt et per flammā caritatis accendunt. Ipsa quoque libera sanctorum interpretatio nature grandinis exprimitur. Grando enim veniens percutit liquata rigat. Sancti autem viri corda audienciū terrentes feriūt et blandientes rigant augustinus. **Et intonuit de celo dn̄s** quia de ore iustorum tanquam de celestibus dominus euangelizauit **et altissimus** dedit vocem suam vt in profundo humanarum

In primo aduentu domini terra .i. peccatores commoti sunt corde

Lacrimosa deprecatio penitencium

Celi .i. angeli inclinati sunt quando gabriel ad mariam venit

Carnem terrenam fecit omnibus adorabilem

anima inuisibilis est

secretum maiestatis sue

tabernaculum militanciū tenebrosa aqua

predicatores sancti miraculorum claritate percurrunt

de ore iustorum dominus euangelizauit

tetrum audi
tem9 celestia grando et carbones ignis misit sagittas suas
hoc supra expositum est et misit sagittas suas .i. euāgelistas
idest euangelistas pennis virtutum recto itinere
transuolantes non suis viribus ſ; eius a q° missi sunt
et dissipauit eos silicet eos ad quos missi sunt
cassiodorus fideles recipiendo
et impios abiciendo sicut dicit apostolus alijs su
mus odor mortis in morte ieronim9 Sancti predi
catores sunt odor vite hijs qui
audiūt ⁊ nō faciūt cassiodorus fulgura multi
plicauit. idest mirabilia multa fecit que sic cor
da videncium permouerūt quadmodū
crebra solent ful
gura visa terrere et cōturbauit eos p dicta miracl̄a
et apparuerūt fōtes aquarū idest predicā
tium veritas
que fontes idest doctrinas eterne
vite sanctitatis suo ore fundebant et reuelata manifestati sūt prophete
sūt fūdamēta orbis terrarum idest manifes
tati sunt prophete
qui non intelligebant supra quos ardens orbis
idest eccia edificatur Que dicitur orbis quia de to
to orbe colligitur cristo enim veniente patuit q° ob
scuritas diuini eloquij tegebat Glosa: Hinc est q°
in die parasceues illa deteguntur que in precede
ti tempore quadragesime tecta fuerūt / quo ordi
ne hec facta sunt consequenter ostendit propheta
conuertens sermonem
suū ad deum dicens ab īcrepacōe tua dōe
facta peccatoribus
p verba prophetarum ab īspiracōe spūs ire tue
comminantis et dicentis nisi pñiam egeritis oms
morte moriemini Increpationem vero et inspira p predicatione increpabat peccatores
tionem accepit xpi predicationem quia per predi
cationem increpabat peccatores et inspirabat vt time
rent futuram iram Deinde sequitur vox ecclie di
centis ad deum
precem cassiodorus misit de summo vtique pater dominum
saluatore
de celo. et accepit me idest spōsa et assūpsit
me de aqs mltis idest de multitudine popu
lorum vel hoc dicit de fontibus
sacris quando eccia catholica multitudinem filio
rum baptismatis
regeneracōe acquirit eripuit me de īimicis me
is fortissimis idest a persecutoribus qui crude
liter xpianum populum tor
mentis af
fligebant et ab hijs qui oderūt me sili
cet
malis homini
bus vt hereticis qm confortati sunt sup me ecclia cresc'ere meruit qn īimicus afflixit
quasi vincere pñt Tunc enim eccia crescere meru
it quando eam data desuper
ptāte inimicus afflixit. Augus9: preuenerūt me
ī die afflictiōis mee idest priores michi
nocuerunt
ī tpe q° mortale ⁊ laboriosū corpus gero. et factus

est dn̄s protector meus Et quia carnales
paciebar angustias
eduxit me in latitudinē spiritualem fi
dei In eccia ca
tholica hunc esse morem nullus ignorat fidelium mos ecclie ē q̄to pl' psecutionib' costrigit tanto pl' fidei augmento dilatetur
vt q̄to plus persecutionibus constringitur tanto
plus fidei augmento dilatetur glosa: Eduxit
ergo me in latitudinem spūalem contra angus
tias carnis vt me dilataret per caritatem meri
to et mīto saluū me fecit quando me produx
cassiodorus it ad fidem quonia
voluit me anteq̄
ego illum velle qm me elegit qui gratis
vocat vniuer
sos sicut ipē dicit in euangelio Non vos me ele
gistis sed ego elegi vos Glosa:
Et postq̄ m̄ dedit grām fidei ⁊ caritate retribuet m.
hic in
p̄senti scdm iusticiā meā idest s'm iusticiā
bone voluntatis
qui prior tribuit miam anteq̄ haberem bonam
voluntatem hoc est qui per suam miam dedit m
bene velle et s'm puritatem ma
nuum mearum .i. fcōr morum hugo: Retribuet dando pseueranciā m̄ito retribuet michi
michi dando perseuerancia
Et mito retribuet m qa custodiui
vias dn̄i cassio9. Vie domini
sunt dilcō dei ⁊ proxi. nec īpie gessi
missa dn̄i
tnsgredi° a deo meo rece
dendo qm oīa iudi
cia eius ī cōspectu meo idest premia mistorū et
penas impiorum ⁊ flagel
la corrigendor et temptaciōes
probandor pseuerāti cōtēplā cōsidō ⁊ iusticias
eius nō reppuli a me qd' faciunt deficien
tes carnis fragilitate
superati et reuertuntur ad
vomitū suum. HVGO Et ero īmacula
tus cū eo quia cum inmaculato non potero es Cū imaculato non potero ēē maculatus
se maculatus quoniam qui adheret
deo vnus
spiritus est et obseruabo me ab īiquita
te mea idest caueo a recidiuo peccati cassiodorus
Subtiliter beati vita describitur qui do
se ad aliquam graciam domini peruenisse cog
noscit Cauet ne iterum iniquitatis antiq ma
culis innodetur augustin9
Et si permāsero īmaculatus retribuet michi
dn̄s scdm iusticiā meam non solum
propter lati
tudinem fidei que per dilectionem operatur ſ;
etiam propter longitudi
nem pseuerāce retribuet m et s'm puritatem
manuum idest ope
racionū mearū ī conspectu
oculorum non quo homines vident quoniam hominēs vident q̄ temporalia sunt
que videntur temporalia sunt que
autem non videntur eterna sunt quo pertinet
altitudo spei sanctorum Collector: Hec que pre
missa sunt dicit ecclesia ad excitandum nos

et prouocandum ad fidem tuam spem certam expectatione bonam et retribucionem eternam. hugo Vox prophete ad xpm Cum sancto sanctus eris tu Criste in temet ipsum sanctus es natura sed cum sancto sanctus es effective sanctitatem eius augmentando Unde ipse ait iohannis xv° sine me nichil potestis facere. Cum sancto igitur id est cum domino salvatore ipso prestante sancti esse possumus Et sic tu xpe cum innocente innocens eris nycholaus qui malum alijs non facit malum ei non inferendo nisi forsitan malum temporalis pene ad purgationem culpe preterite vel ad exercitium sue paciencie quod cedit ei totum ad bonum vite eterne. et cum electo ad vitam eternam predestinationem electus eris quia elegit te omissis terrenis hugo. Et cum perverso perverteris idest ad modum pervertentis te habebis quia si nes ipsum perverti Unde amos 3° Si erit malum in civitate quod dominus non fecerit quasi dicat non erit quod non permittat dominus fieri vel sic cum perverso perverteris. idest videris ei perversus ieronimus Cum enim dominus elegit pauperes et ibi probat potentes et nobiles hoc videtur perversum esse apud perversos Nesciens deus facit iustam vindictam reprehendunt illi et dicunt Non est recta via domini Idem augustinus hugo. Cum sancto sanctus eris quia vel potest legi de quibus convictu sepe mores formantur et cum perverso perverteris quia 1ª ad cho. 15° dicitur Corrumpunt mores bonos colloquia prava cum sancto sanctus eris quoniam populum humilem quod sanctificasti et qui te elegit ut dictum est. salvum facies cassiodorus cum in die iudicii ad dexteram collocabit. et oculos superborum idest perversorum humiliabis cum ad sinistram positi in eterna cruciatione mittendi sunt detenter autem positum est oculos superborum humiliabis quia tunc arrogantes in tartari profunditate descendunt quantum se altiora contingere putaverit quoniam tu illuminas lucernam meam domine Quid est lucerna nisi intellectus anime sicut oculi corporis si de lucerna exteriore non habent lumen in tenebris non vident Ita et intellectus anime nisi illuminetur a xpo non videt in tenebris huius vite sicut in evangelio dicit Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum deus meus illumina tenebras meas hoc est ignorantiam cordis mei Glosa vel illumina nos qui tenebrosi sumus Et merito precor ut me illumines. quoniam in te idest per te et non a me eripiar a temptacione dyaboli deinde personam mutat ex gaudio dicens et in deo meo hoc est in virtute dei mei transgrediar murum quod inter homines et celestem ierusalem peccata extraxerunt gregorius 26° moralium 2. Murus quippe est omne illud quod itineri nostro obicitur ne ad eum qui diligitur transeatur Et murum transgredimur cum pre amore superne patrie que in hoc mundo fuerint obiecta calcamus ieronimus hunc murum edificamus peccata peccatis augustinus glosa deus deus meus. dicit in secunda persona deinde ad sui commendationem propheta mutat personam dicens impolluta via eius Augustinus Non venit in homines nisi mundaverint viam fidei qua veniat ad eos hinc est quod in precipuis solempnitatibus templa manu facta mundantur et ornantur ut magnus sacerdos cum processione intret Ita et tu adorna thalamum mentis operibus virtutum ut eternus sacerdos cum plenitudine graciarum ad te introeat tecum paulatim de virtute in virtutem procedere fiat sequitur Eloquia domini igne tribulationis examinata verba ps bene pacientes erunt ut annuncient cassiodorus Addita quoque est singularis promissio ut animos revelaret humanos dicens protector omnium sperancium in se nycholaus dum tamen spes ista proveniat ex gracia et meritis aliter enim non esset spes sed presumpcio dicit deus meus et bonus augustinus quoniam quis deus preter dominum xpm cui servimus aut quis deus preter deum nostrum quem post bonam servitutem tamquam hereditatem imparatam nos eius filij possidebimus hoc et contra paganorum dementiam dicitur eo quod sibi deos multifaria vanitate fuerunt deus qui precinxit idest armavit me virtute ut fortis sim ne defluentes simus cupiditatis impediat opera et gressus meos. et posuit immaculatam viam meam cassiodorus ut nulla seculi ambitione moveret. qui perfecit pedes meos tamquam cervorum augustinus idest qui perfecit amorem meum ad transcendenda spinosa et umbrosa implicamenta huius seculi Dicit cervi cum alta montium conscendunt calcant pedibus spinas et transiliunt impedimenta seculi et sic in superna se sublevant unde subdit. et super excelsa statuens me idest spem meam in celestibus collocavit qui docet manus meas ad prelium augustinus idest qui docet me operari ad superandos inimicos

Cum sancto sanctus es effective

in virtute dei mei

Videris ei perversus

templa manu facta mundant et ornatur

spes ista proveniat ex gratia et meritis

Arrogantes in tartari profunditate descendunt

ut nulla seculi ambitione moveret

Illumina tenebras hoc est ignorantiam cordis mei

qui docet me operari ad superandos inimicos

qui nobis intercludere celeſtia regna conantur. Deinde mutat perſonam more prophetarum dicens **poſuiſti ut arcum ereum brachia mea** hoc poſuiſti infatigabilem intencionem bonorum operum meorum **et dediſti michi protectionem ſalutis tue** Gloſa idest protexiſti me ad ſalutem quia fortitudo mea parum poſſet niſi protectio tua adeſſet et **dextera tua** Auguſt idest fauor gracie tue **ſuſcepit me** idest ſua cura collector Et quia eoſdem quos protegit et curat aliquando utiliter flagellat ut ſubiunctum eſt **et diſciplina tua correxit me in finem** auguſt Correctio tua me deuiare non ſinens me duxit ut quidquid ago in eum finem referam quo coherere tibi. **et diſciplina tua ipſa me docebit** quia ipſa tua correctio me docet venire ad te ieronimus Neceſſe eſt dum ſumus hic nos ſub diſciplina eſſe Unde paulus Omnis inquit diſciplina in preſenti non videtur eſſe gaudii ſed meroris. Et poſtea in futurum reddet fructum pleniſſimum **dilataſti greſſus meos ſubtus me** auguſtinus Quoniam latam feciſti caritatem meam hilariter operantem Etiam de hiis que ſubtus me ſunt ſilicet de mortalibus rebus et membris hugo ut carnales affectus et appetitus ſint ſubditi michi Hec autem dilatacio fit principaliter per tria per largitionem elemoſinarum per delectationes ſpirituales quas dominus immittit in tribulacionibus et per penitenciam **et non ſunt infirmata veſtigia mea** idest opera mea que ſunt tanquam veſtigia idest ſigna bonarum affectionum hec non poſſunt dicere illorum qui ſtatim feſſi ſunt de penitencia vel de religione quam aſſumpſerunt ieronimus vero docet quomodo veſtigia bone voluntatis non infirmentur dicens ſemper aliquid boni facito ut te dyabolus inveniat occupatum ¶ Enumeratis omnibus que neceſſaria ſunt pugnaturo propheta in perſona viri iuſti promittit ſe fortiter pugnaturum dicens **perſequar inimicos meos** idest affectus meos generales. **et comprehendam illos** ut ſumantur priuſquam ab eis comprehendar vel progrediuntur in actum et non convertar ab hac intencione **donec deficiant** mortificati Et conſequenter quomodo deficiant dicens **Confringam illos** primos motus carnales initiatum confitendo et per penitenciam mortificando **nec poterunt ſtare ſed cadent ſubtus pedes meos**

[Margin: poſuiſti infatigabilem intencionem bonorum — correctio tua me deviare non ſinens — ut carnales affectus ſint ſubditi michi — inimicos meos idest affectus generales]

quia preponam illis amorem quibus itur in extremitatem Et hoc totum est ex eo **et precinxiſti me** idest armaſti **virtute ad bellum** virtute ſcilicet humilitatis contra ſuperbiam virtute caſtitatis contra luxuriam et ſic de aliis quia homo predicta non poſſet facere per graciam ſibi datam niſi deus cooperaretur illi gracie ſecundum illud ad romanos 9o Non eſt volentis neque currentis ſed dei miſerentis ideo ſubditur **et ſupplantaſti** tu non ego **inſurgentes in me** idest contra me **ſubtus me** ut fluencia deſideria carnis non dominarentur michi Idem auguſtinus Deinde propheta loquitur in perſona Christi de iudeis dicens **et inimicos meos** iudeos **dediſti michi dorſum** ut converſi poſt te ſequerentur me ut patet in paulo qui de perſecutore factus eſt diſcipulus et de multis aliis **et odientes me** auguſtinus idest qui in odio perdurauerunt hugo **diſperdidiſti** idest univerſum orbem In qua diſperſione **clamauerunt** nec erat qui ſaluos faceret eos **nec exaudiuit eos** idest non iudicauit eos dignos exaudicione non recedentes a malicia ſua ieronimus Impii et iudei ac heretici **clamabant** in futuro iudicio **ad dominum nec erit qui ſaluos faciet eos** quia quando clamauit deus ad illos per prophetas vel per reliquas ſcripturas audire noluerunt auguſtinus **et comminuam eos ſicut puluerem** Aridi enim ſunt non recipientes ymbrem miſericordie dei ut elati atque inflati ſuperbia Et ne putent ſe quietus decetos quieſcere addidit **ante faciem venti** ut omni tempore deſtituti rapiantur a ſoliditate et ſtabilitate terre **ut lutum platearum delebo eos** Ut videlicet luxuriantes et lubricos ambulantes per latas perdicionis vias Sequitur vox Christi ad patrem. **Eripies eos de contradictionibus populi** qui dicerunt Si dimittimus eum ſic totus mundus poſt illum ibit caſſiodorus **Conſtitues in caput gencium** quoniam et factum eſt quoniam repulſis perfidis iudeis ad gencium fidem tranſlatus eſt Et hoc quod dicit in caput ſignum notat fidei chriſtiane quia in fronte gencium crucis habuerunt vexilla radiare auguſtinus populus gencium **quem non cognoui.** idest quem corporali preſencia non viſitaui. **ſeruiuit michi** quia licet oculis me non videt tamen **in auditu auris obedi**

[Margin: virtute humilitatis contra ſuperbiam et caſtitatis contra luxuriam — Ut converſi per te ſequerentur me — Aridi ſunt non recipientes ymbrem miſericordie — repulſis perfidis iudeis ad gencium fidem tranſlatus eſt]

uit michi quia crediderunt me per predicatores meos quos receperunt cassiodorus Laus ista gentium magna exprobatio est iudeorum de quibus subdit: filij alieni idest filij dyaboli quibus ipse in euangelio dicit Johannis 8° Vos ex patre dyabolo estis mentiti sunt michi quando dicebant Magister scimus quia a deo venisti et in veritate viam dei doces Mentiri enim est contra mentem loqui et illud lingua promere quod vnumquemque constat animo non habere filij alieni inueterati sunt in peccato infidelitate sue et claudicauerunt a semitis suis Claudicare proprie dicimus eos qui vno pede sunt debiles quod iudeis accidisse manifestum est qui vetus testamentum carnaliter tenentes noui testamenti gratiam respuerunt Nec illud vacat quod addit suis quia deserentes intellectum legis non recipientes promissum dominum saluatorem suas traditiones de lauandis manibus et calicibus secuti sunt augustinus Calumpniabantur enim dominum de manibus non lotis quia tales erant semite quas ipsi fecerant consuetudine triuerant aberrando ab itineribus preceptorum domini dei Sequitur vox ecclesie narrantis beneficia domini et gratias agentis et dicentis ieronimus viuit dominus quod in sepulcro sub signaculorum pone clause cunt nycholaus Vel viuit dominus quia est vita per essentiam et omnia viuunt in eo secundum quod dicit Johannis primo Quod factum est in ipso scilicet omnis creatura in ipso vita erat et benedictus deus meus idest ore fidelium sit laudatus cassiodorus Intelligit etiam proprie benedictus eo quod ipse omnia propitius benedicat sicut et viuit dominus quia ipse omnia viuificet. et exaltetur in se cum sit magnitudinis infinite sed in creaturis ipsum credentibus et laudantibus et additur deus salutis mee Augustinus hoc non terrena consuetudine de deo salutis mee sentiam vt terrenam ipsam salutem sed in excelso de ipso sperem cassiodorus Deus qui das vindictas michi In isto mundo preconialiter mendicatur etiam quando blasphemi et infideles qui ante contumaces extiterunt fiant illi professa deuotione subiecti ieronimus Dedit etiam deus potestatem ecclesie ligandi soluendi et disciplinam faciendi vnde sequitur et subdis populos sub me liberator meus de inimicis meis iracundis hugo idest tyrannis qui fuerunt in primitiua ecclesia vel a demonibus qui irascuntur quia a fragilibus hominibus superantur Et per hoc maior est triumphus hominis vincentis et ab insurgentibus in me hoc est a persecutoribus qui insurgunt contra me exaltabis me quia vt dicit gregorius vbi maius periculum in prelio ibi maior gloria in triumpho ieronimus A viro iniquo eripies me hoc est a dyabolo de quo dictum est Inimicus homo hoc fecit cassiodorus propterea idest propter illas causas predictas confitebor tibi in nationibus domine idest laudabo te per populos christianos quorum vt quasi lingua eorum vox est et nomini tuo psalmum dicam vt latius innotescas bonis operibus meis psalmus sicut dictum est opus significat actuale vnde opera fidelium deo dicit gratias offerendas plusquam diuinitas noscitur exaudire quam voces Sequitur vox prophete ad patrem Magnificans salutes regis eius augustinus hoc est deus pater qui magnificat vt admirabiles faciant salutes quas eius filius dat credentibus ieronimus qui animas attrahit per predicationem vt sit salus credentium qui credunt in salutem christi regis ipsius et deus pater est. faciens idest facit misericordiam christo suo dauid idest domino nostro qui est dauid idest manu fortis quia vicit mundum cum quo deus pater fecit misericordiam quando post triduum fecit ipsum a mortuis resurgere et semini eius idest christianis credentibus quos per euangelium genuit etiam facit misericordiam vsque in seculum idest in eternum et sine fine Ipse fortissimus liberator nos ab hoc mundo dignetur eruere et in fine stabilire per euangelium suum cum eterno patre et spiritu sancto est gloria et imperium per immortalia secula seculorum amen

[Left margin notes:] laus gentium est exprobratio iudeorum — Traditiones de lauandis manibus et calicibus secuti sunt — benedictus deus qui omnia propitius benedicat — Tyranni qui fuerunt in primitiua ecclesia

[Inner margin notes:] ubi maius periculum in prelio — qui animas attrahit per predicationem — fortissimus liberator nos digne[tur] eruere — iste psalmus loquitur de primo aduentu christi

Celi enarrant gloriam dei

Titulus huius psalmi talis est In finem psalmus dauid nycholaus Beatus paulus apostolus in lege et prophetis per eruditionem humanam et diuinam edoctus allegat litteram huius psalmi dictam de pubblicatione euangelij per apostolos et discipulos christi ad Romanos 10° concludens sic Ergo fides ex auditu auditus autem per verbum christi Sed dico numquid audierunt quasi sic quod probat per litteram huius psalmi dicens Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum Etiam in fine psalmi dicitur Adiutor meus et redemptor meus quod absolute de christo intelligitur per quem facta est generalis redemptio totius mundi glosa: Ait ergo iste psalmus de primo aduentu christi per quem tyrannus dyabolus cadit et homo a peccato et a morte absoluitur Cuius tituli sensus est talis psalmus iste attribuitur dauid respicienti in finem idest in christum vel in finem idest in tempus plenitudinis quod

fuit tempus incarnationis xpi de quo loquitur apostolus ad galathas .4.o At ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum propheta igitur primo describit euangelii publicationem dicens **Celi** nycholaus idest apostoli sic dicti quia fuerunt excellenter illuminati et in deum eleuati Tali modo loquendi usus est ysa. primo Audite celi et auribus percipe terra Non enim alloquebantur corpora celestia et terra que est elementum quia non habent sensum vel intellectum sed sub nomine celorum loquebantur maiores et sub nomine terre minores et sic in proposito apli nominantur celi.

celi apli sic dicti

Enarrant gloriam dei quam cristus habuit in miraculis et gloriam sue resurrectionis et ascensionis hec narrauerunt apostoli verbo sue predicationis **et opera manuum eius** idest facta virtutum domini videlicet natiuitatem passionem mortem etc.

opa. i. facta virtutum domini

Annunciat firmamentum Per firmamentum in quo sunt stelle fixe intelligitur ecclesia quantum ad doctores sanctos unde dicitur danielis 12.o Qui autem docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates **Dies diei eructat verbum** per diem intelligitur nouum testamentum ab apostolis et euangelistis descriptum **Dies** ergo idest nouum testamentum **eructat** idest annunciat **diei** idest populo cristiano **verbum** incarnatum idest xpm. **Et nox** idest vetus testamentum **nocti** idest populo iudeorum qui ambulat in tenebris **indicat scientiam** de xpi incarnatione sicut patet ysa. 9.o paruulus natus est nobis et filius datus est nobis et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis in quo ostenditur humanitas cristi et eius diuinitas cassiodorus Vel sic **Dies diei eructat verbum** quando dominus loquebatur apostolis Ipse enim diuina claritate irradians apostolis corde purissimis verba celestis luminis intimabat Eructabat enim verbum cum de intimis penetralibus sermones in sanctorum notitiam producebat **Nox autem nocti indicat scientiam** quando iudas prodit ac tradidit occidendum dicens Quem osculatus fuero ipse est tenete eum Indicare enim pertinet ad proditorem. Idem jeronimus nycholaus **Non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum** quia apostoli predicabant linguis omnium gentium euangelium xpi ut habetur act. secundo. **In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba**

dies. i. nouum testamentum

apli predicabant linguis omnium gentium

eorum predicationes eorum Quia viuente beato petro apostolo fides xpi predicata est usque in franciam que est in ultimo climate versus occidentem unde et zenonis fundata est ecclesia in nomine beati petri viui quia ipso viuente consecrata est Cum igitur apostoli aliique xpi discipuli exierunt de ierusalem ad publicandum euangelium per orbem secundum quod habetur act. primo Eritis michi testes in ierusalem et in omni iudea et usque ad ultimum terre Ierusalem autem sita in medio climate Et ideo quarti sicut euangelium publicatum est viuente petro usque ad ultimum clima versus occidentem Ita intelligendum versus alias partes mundi Deinde ab apostolis transit ad personam domini ostendens quam dei gloriam isti celicole narrauerunt scilicet dispensationem incarnationis sue. Unde dicit **In sole posuit tabernaculum suum** idest in beata virgine que nominatur sol propter plenitudinem gratie ionum. Xps dicitur sol iusticie et maria interpretatur stella maris Illuminauit sol stellam idest mariam ut esset sicut sol. Ideo posuit tabernaculum suum in sole quando corpus assumpsit de corpore suo hugo propter quod in persona beate virginis dicitur ecc. 24.o Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. **Et ipse tamquam sponsus** jeronimus verbum patris est sponsus sic dictus a spondendo quia totiens promissus est per prophetas et caro humana sponsa est tamquam erat **procedens de thalamo suo** hoc est de utero virginis **exultauit** quia non inuitus sed hylaris venit **ut gigas** idest sicut fortissimus qui alligauit fortem idest dyabolum et vasa eius quod nos sumus diripuit **ad currendam viam** presentis vite cassiodorus quia non stetit in via peccatorum sed tamquam debellaturus dyabolum cucurrit Quomodo hoc quia xps homo natus est creuit docuit passus est resurrexit ascendit in celos sedet ad dexteram dei patris collector Et nos eius exemplo non debemus in hoc mundo querere quietem sed currere sicut peregrini transeuntes viam huius vite ut ad illam quietem possumus peruenire ubi xps sedet ad dexteram dei patris vis audire quantum currit nycholaus **A summo celo egressio eius** ad susceptionem humanitatis in qua visitauit nos oriens ex alto **et occursus eius usque ad summum eius** in sua benedicta ascensione in qua ascendit sedens ad dexteram patris ut cassiodorus **A summo celo** a patre. **egressio eius** natiuitas filii sicitur non temporalis sed coeterna patri que est ante omne principium. **Et occursus eius usque ad summum**

Viuente beato petro fides xpi predicata est usque in franciam

beata virgo nominatur sol propter plenitudinem gratie

Non inuitus sed hylaris venit

Ad susceptionem humanitatis in qua nos visitauit

cū venit a sūmo ī nullo minor patre fuit

nūi eius quia post assumptionem carnis in vtraque natura xps permanens ad sedem paterne maiestatis est regressus Nam cum venit a summo in nullo minor patre fuit cum rediit ad summū deus homo equalis patri in deitatis substantia sicut venerat perseverat cui nichil humana detraxit humilitas Idem ieronimus et aug9. **nec est qui se abscondat a calore eius** cassiodo9 idest spiritu sancto que post ascensionem suam ī spē ignis misit in mundum apostolis a quo nemo absconditur. Hugo. quia sic accensi fuerunt vt neminem parcerent Unde de ipo spiritu dr̄ ioh 16o Cum venerit ille spiritus veritatis arguet mundum de peccato qd° fecit / de iusticia qm̄ nō fecit et de iudicio qd9 non timuit

De iusticia quā nō fecit et de iudicio quod non timuit

cassiodo9 Ipse enim calor a quo nemo possit abscondi qui deitatis sue potencia vnius cuiusque corda cognoscat nicholas Deinde describitur evangelii publicati condicio cum dicitur **lex domini** s. evangelica quam ipse dominus predicavit ī monte dicens Mt 5o. beati pauperes spiritu etc̄ hec dr̄ **īmaculata** qa suos observatores custodit inmaculatos a peccato Unde dominus dicit apostolis Johānis 15o. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vob. **Cōvertēs aīas** cassiodo9 In sua Et addit. discretione corrigens et ad xpi grātiam mittēs nicholas **testimoniū domū** idest evangelium **fidele** quia adimplet qd° promittit inducens suos observatores ad vitam btām **sapiām prestās pvulis** idest apostolis aliisque xpi discipulis quia erant simplices et humiles s̄m qd dicit salvator Mt 11o Confiteor tibi pater domine celi et terre qr abscondisti hec a sapientibus et prudentibus & revelasti ea parvulis cassiodor9. **Justicie domini recte** quia sicut xps docuit sic fecit Nam illorum iusticia recta non est quibus aliud in ore aliud in ope. **letificā̄s corda** spe premii augustin9 vt qui imitarentur iusticias domini corde gauderent in eis qui libere cum dilectione eas facerent non serviliter cū timore nicholas. **pceptū domini** idest novum testamentū **lucidum** quia clare et lucide traditum est evangelium in quo veritas revelata est etc̄. **illumināś oclos** videlicet interioris hominis idest cordis Oculi cordis sunt intencio et lux fidei Evangeliū enim docet intencionem cordis esse simplicem et fidem esse non fictam in omnibus operibus q servus dei operatur. **timor domini**

Sicut xps docuit sic fecit

ē timor natural

est timor filialis

quis suffi cient disti guere pt opera dni

sup oem dulcedinē tempalis volup. tis

tanta dine clemēcie dona sūt q nequunt cōphendi

Hugo Est enim timor naturalis qui timet passione corporis quo xps cepit in passione tedere et pavere vt habetur Math 26o Est et timor humanus quo quis elegit peccare ne ledatur in passione Est et servilis quo timetur pena gehenne et nō amatur iusticia Est et timor inicialis hic amat pricipaliter iusticiam et secundario timet pena Iste operatur bonum partim amore iusticie et partim timore gehenne Est et timor filialis quo quis cavet offendere deum ne perdat eum Crescente enim cum pavore dilectio timor domini ē de q hic dr̄ **timor domini scs pmanēs ī sclm scli** gregori9 Quia fructus eius percipitur in eterna beatitudine. **iudicia dnī vera** quia sine dominus minatur sine pollicetur nemmem fallit **iustificata ī semetipā** non egentia alterius auctoritate qm̄ ipsius domini vt firma habeantur aug9. Vel quia quisquam non potest eripere supplicium qd9 dat impiis et premium quod dat piis **desiderabilia** cassiodo9 O ingentium rerum stupenda profunditas Quis autem sufficienter distinguere aut predicare potuisset opera domini nisi spū sancto probarentur edici desiderabilia sunt iudicia dei idest mandata novi et veteris testamenti **super aurū** Hugo idest super omnes divicias **et lapidē preciosū multū** idest sup mundanos honores cassiodo9 Sed quoniam invicti poterant continentes qui noxia cupiditate laudabili parcitate calcaverint addit etiam saporis precipua suavitate iocundos dicens **et dulciora** devotis sensibus **sup mel et favū** · hugo idest sup omnem dulcedinem temporalis voluptatis que cum nequissimis amara sunt quia oculis egris odiosa lux est. que puris est amabilis Ergo diviciis honoribus et deliciis terrenis preferuntur iudicia divina et mandata quoniam custodia eorū ad gloriam perducit eternam **etenim** quia vera sunt dulcia nā **servus tuus** nicholas idest bonus cristianus et devotus maxime in statu perfectionis positus qui non solum tenetur ad precepta sed etiam ad consilia evangelica **custodit** idest custodiet **ea** opere adinplendo Non ad tempus sed vsque in vltimum vite spatium in tali devocione versetur post obedienciam sequuntur premia vnde subditur **in custodiēdis illis retribucio multa** Tanta enim divine clemencie dona sunt que nequeunt comprehendi Sic enim apostolus ait Quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se / Deinde propheta petit se a viciis

purificari ut digne possit dominum laudare dicens. **Delicta quis intelligit** Multa enim sunt peccata que intelligimus tum videlicet secreta voluntate peccamus cum te proximum concupiscimus cum ceteris prestanciores effici volumus cum cibos appetimus dulciores et hys similia de quibus monemur a salomone Non eas post concupiscencias tuas Aug. Sunt tamen que omnimode ignoramus quarum nec origines possumus nec subrepciones agnoscere Unde subaudiendum est Delicta quis intelligit iohannes quasi dicat nullus nisi scrutator cordium deus qui et potens est ea adimittere Unde consequenter orat dicens Aug. **Ab occultis meis** idest a cupiditatibus in me latentibus Hugo. Vel a peccatis oblitis et ignoratis. **Munda me domine** Unde subdit augustinus pius dominus pie petentibus aut peccata dimittit aut oblita ad memoriam reducat. **Et ab alienis** que suggestione dyaboli vel hominis fiunt que dicuntur aliena quia primo sunt illius qui suggerit secundo efficiuntur illius qui suggestioni consentit Idem cassiodorus Et ab hys peccatis que suggestione committuntur **parce servo tuo** tu cui proprium est misereri et parcere semper cassiodorus. Cum enim dicat servo tuo iam se ostendit legi dominice ex magna parte famulari deinde ostendit modum liberationis et mundationis quam petit. scilicet si peccatum mortale non dominetur ei Unde subdit augustinus **Si mei non fuerint dominati** hoc est si mei non fuerint dominata occulta mea et aliena peccata. Hugo. Tunc immaculatus ero a macula criminali quia sicut dicit augustinus Temptacio cui non consentitur non est peccatum sed materia exercende virtutis. **Et emundabor a delicto maximo** augustinus quo nisi superbie Nullum enim est maius delictum quam apostatare a deo per peccatum quod est inicium superbie hominis quia inicium omnis peccati est superbia iohannes Vel si peccata mortalia non fuerint michi data **tunc emundabor a delicto maximo** idest in morte inveniar mundus a quolibet peccato mortali quod licet non sit maximum eo genere tamen est maximum ex temporis condicione eo quod tunc non est remediabile quia post mortem non restat amplius tempus Hugo penitudinis Go. **Et erunt ut complaceant eloquia oris mei** quasi dicat Si ita immunitus et mundatus fuero tunc eloquia oris mei erunt talia ut tibi complaceant et tunc ero dignus tanta sacramenta referre et te laudare sicut ille est dignus cui dicitur quare tu enarras iusticias meas. Hugo. **Et me**

Multa sunt secreta quae voluntate peccamus

ab occultis idest a cupiditatibus in me latentibus

2 No

si mei non fuerint dominata occulta

licet non sit maximum ex genere

ditacio cordis mei erit non ad iactanciam placendi hominibus **Sed in conspectu tuo semper** qui conscienciam puram inspicis cassiodorus **Domine adiutor meus** in tribulacione et in infirmitatibus **et redemptor meus** precio tui sanguinis cassiodorus Qua mirabili ordine totum psalmum gloriosissimus propheta cantavit laudavit dominum predicatores ipse quoque adventum sanctissime incarnacionis edocuit magnalia eius varia diffinicionum qualitate commendans reversusque in memoriam fragilitatis sue a delictis se petit mundari debere ut tantorum sacramentorum relator dignus existeret qui docuit scripturas domini purissima consciencia narrari cassiodorus. Tuam igitur domine clemenciam adoramus humiliter ut a delictis tam occultis quam alienis nos mundare digneris quatinus cordis nostri meditacio semper in conspectu tuo placeat nosque tuo adiutorio in bonis proficientes valeamus ad eterne beatitudinis premia pervenire per te domine ihesu christe redemptor mundi qui es benedictus in secula seculorum amen

Exaudiat te dominus Titulus talis est In finem psalmus david huius tituli verba nota sunt ex premissis gregorius hic ait propheta de christo quasi de sacerdote immolaturo et rege pugnaturo ubi in figura optantis canit propheta que ventura sunt christo tempore afflictionis eius quod fuit post resurrectionem Hugo. Intencione monet fideles ad compaciendum christo pacienti et congaudendum resurgenti propheta igitur optans christi vocem tamquam sacerdotis exaudiri cassiodorus precatur sancte ecclesie prospera evenire que illi per adventum domini certissime noverat esse ventura unde dicit. Hugo. **Exaudiat te** o christe **dominus** pater **in die tribulacionis** idest in tempore passionis Tota enim christi vita tribulacio fuit Unde apostolus ad hebreos v. de christo dicit qui in diebus carnis sue idest mortalitatis sue preces supplicacionesque ad eum qui posset illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverencia sicut sua devocio meruit pluribus omnibus orando Ecce quod propheta optabat et predicebat faciendum apostolus testatur factum Et bene dicit in die tribulacionis quia in passione christi vere fuit dies credentibus quoniam te luxit dies iusticie super terram quando dominus mortem subyt in cruce pro peccatis nostris Et o christe **protegat te nomen dei iacob Exaudiat te dominus** pater ut te resurgere faciat. **Et protegat te** immortalitate **nomen**

qui conscienciam puram inspicis

Tuam clemenciam adoramus humiliter

Intencione monet fideles ad compaciendum christo

In passione christi vere fuit dies

Deus minoris populi gentilis conuersi

Dei iacob idest qui es deus minoris populi videlicet gentilis conuersi ad fidem qui electus est vt iacob reprobatis iudeis vt esau cassiodorus. Optat ergo populus graciam benedictionis quam iacob in prefiguratione percepit nouo populo christiano concedenda a iudeis quidem reprobatis ablatam quos subsequens populus gentilis deuote mentis religione superauit vt gratie munere primus donante domino redderetur. **Mittat tibi auxilium de sancto** faciens tibi sanctificatum corpus ecclesiam Hugo quod est tuum auxilium o christe qui ideo passus vt eam sanctificares sicut dicit apostolus ad ephesios v. christus dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea vt eam sanctificaret hoc factum est quando et apostolis credentibus missus est spiritus sanctus sicut actuum ii. legitur **et de syon tueatur te.** Syon speculatio interpretatur de syon ergo tuetur deus christum tuum ecclesiam que est corpus eius de alta diuinitatis speculatione tutam facit

Syon speculatio interpretatur

memor sit omnium sacrificiorum tuorum hoc est memores nos faciat deus omnium iniuriarum et contumeliarum quas pro nobis pertulisti. Hugo. Et dicit omnium quia plura sunt eius sacrificia que pertulit pro nobis per totam vitam suam ab infancia vsque ad mortem vnde cum tempore passionis eius cantet ecclesia dicens Pange lingua gloriosi prelium certaminis et super crucis tropheum dic triumphum nobilem qualiter redemptor orbis immolatus vicerit postmodum sequens versus incipit enumerare sacrificia christi ab infancia dicens vagit infans inter arta positus presepia secreta **et holocaustum** quod dicitur oblacio tota incensa. **tuum** quod obtulisti deo patri pro peccatis nostris iohannes Totus in anima et in corpore ascendens in celum **pingue fiat.** idest acceptabile sit deo Et est sensus ne paciaris quod perire cum pro omnibus mortuus sis **tribuat tibi secundum cor tuum** Optat vt christus siue pro humanitate carnis siue pro corpore suo hoc est ecclesia exaudiatur **et omne consilium tuum confirmet** augustinus idest compleat non solum quod animam posuisti pro amicis tuis vt mortificatum granum in terra copiosius resurgeret sed etiam quod cecitas ex parte israel facta est vt plenitudo gentium intraret et sic omnis israel saluus fieret iohannes **letabimur in salutari** Sequitur vox ecclesie **tuo** idest in te saluato a morte vel in salute per te facta gentibus **et in nomine dei nostri magnificabimur** cassiodorus idest magni dicemur videlicet christiani a christo Magnificari enim est magnum fieri quippe cum ex vocabulo celestis regis nomen est impositum fidelibus

Totus in anima et in corpore ascendens

In te saluato a morte vel in salute per te facta gentibus

magnificari est magnum fieri

impleat dominus omnes petitiones tuas non solum illas sed quas in terra habuisti iohannes dicendo / clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret Et alibi pater serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Augustinus. Sed etiam **impleat omnes petitiones tuas** quibus in celo interpellas pro nobis **nunc cognoui quoniam saluum fecit christus suum** Nunc in persona prophetam demonstratum est quoniam resuscitauit dominus ihesus filium suum. **exaudiet illum de celo sancto suo** non de terra tantum vbi se petiit clarificari verum etiam de celo vbi iam ad dexteram dei patris sedet interpellans pro nobis **in potentatibus salus dextere eius** quasi dicat vere. Hugo. Exaudiet eum potentem pro nobis quod patet quia potentes sumus auxilio eius potentatus nostri sunt salus dextere eius idest fauoris eius cum etiam de tribulatione dat auxilium vt quando infirmamur tunc potentes sumus. Cassiodorus Et dicitur hec salus potentatus nostri quoniam illa salus nec morbis afficitur nec doloribus sauciatur sicut salus hominis augustinus que non dextere sed sinistre eius est hec enim extollantur in magnam superbiam quicumque peccantes temporaliter salui facti sunt de quibus subditur **hii in curribus** idest in volubili successione temporalium bonorum trahuntur **et hii in equis** hoc est superbis preferuntur honoribus atque in hiis exultant Nos autem spe agentes in eternis nec gloriam nostram querendo **in nomine dei nostri inuocabimus** cassiodorus Quia nomen domini ad premia perducit eterna deinde ostendit quomodo sit vana salus hominum dicens iohannes **Ipsi obligati sunt** viciorum suorum funibus **et ceciderunt** Nam homines humanis honoribus presumentes ligati prauis desideriis suis in mortis foueam corruerunt Hugo. **Nos autem** qui tortuosi fuimus in peccatis **surreximus** per graciam dei ab infidelitate ad fidem a viciis ad virtutes. **et erecti sumus** per veram humilitatem ad diuina premia subleuati Sequitur vox prophete ad patrem **domine saluum fac regem** idest christus dominus resurgat a mortuis ascendat in celos interpellat pro nobis ne diucius vacillet nostra oracio sed ipso aduocato presumamus orare qui nos patri docuit supplicare ne nos

quibus in celo interpellas pro nobis

potentes sumus auxilio eius

spe agentes in eternis

surreximus per gratiam dei

mortales laqueus possit astringere Denique hoc sequitur **ET EXAUDI NOS IN DIE QUA INVOCAVERIMUS TE** ioannes In hebreo ita scriptum est **DOMINE SALVUM FAC REGEM** qui exaudiet nos in quacumque die invocaverimus eum cassiodorus Docuit nos propheta sanctissimus quali debeamus xpo domino pietate servire Optat illi bona que noverat esse ventura quia bene credentium mos est illa orare que desideramus evenire Quapropter affligamur in eius passione gaudeamus in eius resurrectione Sic enim ipsius possumus dici si eius dispensationibus mereamur aptari Qui cum eterno patre et spiritu sancto sit benedictus in secula seculorum amen

exaudiet nos in quacumque die

DOMINE IN VIRTUTE TUA LETABITUR REX Titulus talis est in finem psalmus david / psalmus iste attribuitur david consideratio nem suam dirigenti in finem idest in xpm qui est finis et completio legis quoniam non venit legem solvere sed adimplere nicholaus psalmus iste ad litteram exponendus est de magnificentia regni xpi que consistit in eius exaltatione et adversariorum suorum depressione / david igitur in spiritu sancto previdens xpi hominis regnum ad quod fuit exaltatus in humanitate virtute dei patris secundum quod dicit apostolus act. 2o dextera dei **EXALTATUS** cassiodorus primo enumerat que ingenita queque gloriosa collata sint xpo domino secundum carnem dicens **DOMINE** deus pater **IN VIRTUTE TUA** idest in omnipotentia maiestatis tue in qua filius regnat sicut ipse dicit Omnia patris mea sunt et omnia mea patris sunt **LETABITUR REX** scilicet xpus de quo in alio psalmo legitur deus iudicium tuum regi da nycholaus xpus enim in quantum homo letabitur de virtute divina in qua faciebat miracula et mentes simplicium illustrabat sapientia secundum quod dicitur luce x° In ipsa hora exultavit in spiritu sancto et dixit Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis **ET SUPER SALUTARE TUUM** idest xpm per quem disposuisti salvare mundum **EXULTABIT VEHEMENTER** cassiodorus ut quanta sit copia in beneficio tanta sit et gaudii magnitudo nicholaus **DESIDERIUM CORDIS TRIBUISTI EI.** de sui corporis glorificatione et mundi redemptione atque de credentium vocatione cassiodorus Unde ipse dicit desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam moriar ut preciosus sanguis eius mundum redimeret ne dyabolus adhuc iniqua presumptione bacharet **ET VOLUNTATE LABIORUM EIUS NON FRAUDASTI EUM** voluntas vero labiorum eius fuit quando spiritibus

consideratione dirigenti in finem

enumerat que ingenita collata sint xpo

salutare tuum i. xpm

ut preciosus sanguis eius mundum redimeret

imperabat inmundis languores diversos sermonis sui sanabat imperio predicationes que suas devotis mentibus inserebat nycholaus Unde ipse dicit Johannes xi° pater gratias ago tibi quoniam audisti me deinde incarnationis eius potentia mirabili fulgore declaratur dictus hugo. **QUONIAM** acsi dicat xpus rex letabitur. **PREVENISTI EUM IN BENEDICTIONIBUS** per immunitatem peccati quia sanctificatus est quoniam absque omni peccato conceptus est de spiritu sancto Unde sicut dicit augustinus Fel peccatorum nostrorum non novit ei. Et addidit **DULCEDINIS** quia totum fuit ex gratia Idem ioannes Augustinus ut **PREVENISTI EUM IN BENEDICTIONIBUS** idest in donis spiritus sancti et carismatibus quibus anima xpi fuit repleta ab instanti creationis et sic **POSUISTI IN CAPITE EIUS** hoc est in principio prefata Augustinus **CORONAM** quia conventus sermonis eius duodecim apostolorum tanquam corona ambiebat quando xpm docentem Et ad **DE LAPIDE PRECIOSO** collector. Apostoli enim et fideles de quibus tanquam de vivis lapidibus edificata est ecclesia dicuntur unus lapis quia ipsis erat cor unum et anima una **VITAM PETIIT A TE** videlicet resurrectionem corporis sui cassiodorus. **ET TRIBUISTI EI LONGITUDINEM DIERUM IN SECULUM ET IN SECULUM SECULI** idest dedisti ei perhenniter vivere nicholaus secundum quod dicit apostolus ad romanos 6° xpus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur **MAGNA EST GLORIA EIUS** idest xpi. **IN SALUTARI TUO** augustinus hoc est in salute qua eum resuscitasti etc. **GLORIAM ET MAGNUM DECOREM IMPOSUISTI SUPER EUM** idest addes ei cum in celo collocabis eum ad dexteram tuam ioannes. Magnum est hominem assumptum esse ad dexteram dei patris deinde ascendit adhuc gradatim ad illam gloriam declarandam quam xpus dominus secundum carnem a patre clarificatus accepit unde subdit ioannes **QUONIAM DABIS EUM IN BENEDICTIONEM IN SECULUM SECULI** quia omnis creatura benedicit eum vel xpus rex letabitur. **QUONIAM DABIS EUM IN BENEDICTIONEM IN SECULUM SECULI.** ut ipse sit in eterna benedictione benedictus et benedicens / quia per eum omnes benedicentur sicut promisit deus abrahe genesis 22° In semine tuo / hoc est in xpo benedicentur omnes gentes ioannes. **LETIFICABIS EUM** in domino cum adunata fuerit illa multitudo sanctorum et numerus restitutus eius. Et pro

letabitur per immunitatem peccati

Apostolis et fidelibus tanquam de vivis lapidibus edificata est ecclesia

In salutari hoc est in salute qua resuscitasti

per eum omnes benedicentur

acquisitis pro quibus passus est gaudebit **cum vultu tuo** idest in presentia tua augustinus. ut **letificabis eum** secundum hominem quem levavit ad te ut sit in gaudio **cum vultu tuo** nicholaus Quia quanto humanitas christi pre ceteris creaturis propinquior et coniunctior est deitati tanto clarius videt eam et ea fruitur delectabilius / Deinde reddit causam quare tam tristis non minus acceperit dicens **quoniam rex** superbiens de regali dignitate sed humilis **sperat in domino** quia christus ante passionem speravit obtinere a deo patre gloriam resurrectionis sui corporis **et in misericordia altissimi** spe tas **non commovebitur** quia humanitas christi a verbo misericorditer assumpta numquam fuit ab eo separata nec separabitur quia etiam in illo triduo dominice dormitionis corpus existens in sepulcro fuit unitum verbo Et similiter anima que erat in limbo. Deinde descripta magnificentia regni christi in eius exaltatione / hic consequenter describitur eiusdem magnificentia in adversariorum punitione Unde propheta qui ante loquebatur ad patrem nunc convertit sermonem ad christum dicens **Inveniatur manus tua** Aliquando manus dei respicit malum pene quod a deo infligitur iuste unde ad hebreos x° dicitur horrendum est incidere in manus dei viventis et tunc per sinistram intelligitur minor punitio Et per dexteram que fortius percutit gravior punitio Et secundum hoc dicitur **inveniatur** o rex christe cum ad iudicium veneris **manus tua** idest ultrix potestas tua puniens peccata **omnibus inimicis tuis** quantum ad communem penam **dextera tua** gravius puniens ex speciali causa. **inveniat omnes qui te oderunt** quasi dicat Hugo Sentient te per vindictam qui de te bene sentire noluerunt per fidem operantem. Deinde ordo iudicii pulcherrima ratione describitur cum subiungitur **pones eos ut clibanum ignis.** Gregorius xv° libro moralium Sciendum vero quod omnes reprobi qui hic in anima simul et corpore peccaverunt illic pariter in anima et corpore cruciantur. Clibanus namque intrinsecus ardet / is vero qui ab igne devoratur ab exteriori parte incipit concremari / Ut ergo sacra eloquia ardere exterius et interius reprobos demonstraret eos et ab igne devorari Et sicut in clibanum poni testantur ut per ignem cruciarentur in corpore et per dolorem ardeant in mente hoc est in conscientia impietatis sue **in tempore vultus tui.** hoc est tempore iudicii **dominus in ira sua conturbabit eos** idest in vindicta sua proferens contra eos sententiam dampnationis. **et devorabit eos ignis** scilicet gehenne non consumendo sed eternaliter affligendo collector: heu quam severa conturbatio ubi nulla erit consolatio quam tremenda ira que tunc erit sine misericordia dies illa dies ire et omnium miseriarum in qua peccatores eterno tradentur igni gehenne cassiodorus Qui sic consumit ut servet sic servat ut cruciet dabiturque miseris vita inmortalis et pena finiatur. **fructum eorum de terra perdes.** fructum eterne beatitudinis quem in terra viventium habere debuerunt quia non obedierunt mandatis eius iuste perdiderunt **et semen eorum.** idest opera peccatorum que hic prave vivendo seminaverunt **segregabis a filiis hominum** idest a sanctis quos in hereditatem eternam tue misericordie largitate missurus es Ny. Deinde ponitur causa finalis punitionis reproborum que est in pena finali que notatur cum dicitur **quoniam declinaverunt in te** idest contra te. **mala** idest peccata que sunt contra deum Et bene dicitur declinaverunt quia sicut declinatio in gramatica est de casu in casum sic declinatio a iustitia est cadendo de peccato in peccatum quod secundum quod dicit gregorius peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit et tandem ad profundum contemptus et obstinationis deducit secundum quod dicitur proverbiorum 18° Impius cum in profundum peccatorum venerit contempnit **cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire** quia repentine tolluntur de facultate temporali in qua cogitabant permanere. **quoniam pones eos dorsum** a facie tua eos deiciendo in infernum secundum quod dicitur matthei 25° / discedite a me maledicti in ignem eternum **in reliquiis tuis** idest in demonibus qui a te totaliter sunt reiecti tanquam irreversibiles ad bonum **preparabis vultum eorum** idest presentia dampnatorum mittendo eos ad societatem demonum Ubi cum dixisset matthei 25° Ite maledicti in ignem eternum. protinus subiunxit / qui preparatus est dyabolo et angelis eius In fine concludit propheta dicens **Exaltare domine in virtute tua** iohannes idest demonstra tuam potestatem et maiestatem ut qui prius venisti in humilitate in mundum modo venias ad iudicium in maiestate cassiodorus **Cantabimus** ore **et psallemus** pe. **virtutes tuas** idest mirabilia opera tua hec etenim duo sunt que a nobis omnimode exiguntur ut laudes domini fideliter cantemus et opere nostro ipsius mandata faciamus nicholaus Vel cum dominus monstraverit suam virtutem in iudicio tunc cantabimus et psallemus virtutes eius. Quia electi continue

quanto humanitas christi coniunctior est deitati tanto clarius videt

severa conturbatio ubi nulla erit consolatio

humanitas christi a verbo misericorditer assumpta numquam fuit ab eo separata

segregabis .i. a sanctis

horrendum est incidere in manus dei viventis

ipsi cum in profundum peccatorum venerit contempnit

presentia dampnatorum mittendo eos ad societatem demonum

Omnes reprobi in anima et corpore cruciabuntur

duo sunt que a nobis omnimode exiguntur

Conturbabit eos in vindicta sua

in patria cantabunt laudes diuinas secundum quod dicitur
in psalmo 83°. beati qui habitant in domo tua do
mine in secula seculorum laudabunt te qui es bn
dictus in secula seculorum amen

Deus deus meus respice in me.

Hugo. Titulus talis est In finem ps
dauid pro assumptione matutina cuius sensus
talis est psalmus iste dirigens nos in finem id
est in xpm de cuius passione agit e dauid idest
xpi qui est manu fortis aereas debellans potes
tates Qui ideo dictus est dauid quia factus e
nobis ex semine dauid secundum carnem Et e psalmus
pro susceptione matutina idest pro resurrectione
xpi que valde mane facta fuit cum adhuc tene
bre essent cassiodorus. Susceptio enim fuit quando dns
xps mortale corpus veteris hominis condicione
deposita in magnam gloriam claritatis assumpsit
Sed cum in hoc psalmo xpm multa de sua pas
sione constat esse locuturum videamus cur eius
titulus solam resurrectionem commemorare volue
rit Sepe significatur per id quod sequitur illud scilicet quod
precessit ut cum dicimus mane factum intelliga
mus utique precessisse noctem et hoc per figuram
synodoche cum per id quod sequitur possumus intel
ligere quod precedit Vnde cum dicit xpm resurrexis
se eum passum et mortuum iudicat fuisse nicho.
Quod autem iste psalmus est de xpi passione et re
surrectione ad litteram scriptus patet per hoc quod xps
pendens in cruce protulit principium huius psal
mi tamquam dictum de persona dicens in cruce heli he
ly lamazabathani quod est interpretatum deus meus
deus meus quare dereliquisti me Sic enim in
cipit iste psalmus in hebreo et in translatione
ieronimi iuxta hebreum Quod autem in translaci
one communi interponitur in me respice non e
in hebreo neque in translacione iheronimi predicta
sed fuit additum a septuaginta interpretibus
et sic patet quod secundum sententiam saluatoris principium
huius psalmi et per consequens totus ps ad litteram de xpo
est intelligendus Etiam Mt 27° dicitur illud quod
scribitur infra in hoc psalmo. diuiserunt sibi
vestimenta mea quod impletum fuit in xpo. Et
paulus apostolus qui sciuit legem per exercicium
study et postea plenius per instructionem spus
sancti allegat litteram huius psalmi de xpo dicam
ad heb 2°. dicens de credentibus in xpo Non
confunditur fratres eos vocare xps dicens in ps
Nunciabo nomen tuum fratribus meis in medio ec
clesie laudabo te Igitur secundo x. Mt Joh et pau
li sententiam et determinacionem certe ps iste expone
dus est ad litteram ut dictum e de xpi passione a
qua fuit diuinitus liberatus in sua gloriosa resur
rectione cassiodorus Nam cum multi psalmorum
de domini passione breuiter meminerit nequaquam
tamen eam tanta proprietate descripsit sicut
iste ut prophetia quam historia esse videatur. Vnde dns
xps omnia preuidens atque dispensans cum fu

ps dauid pro assumptione matutina

sepe significatur per id quod sequitur

heli hely lamazabathani

paulus per instructionem spus sancti allegat litteram de xpo

dns xpus omnia preuidens

tura cuncta presentia sunt quasi iam vicina pas
sione permotus

Deus deus meus

racione humanitatis a te create cassiodorus. Repeticio ista affec
tum necessarie oracionis demonstrat / deus grecus
sermo est qui latine interpretatur timor pro quo
ut arbitror maiores deum a timore appellan
dum esse voluerunt vnde quidam ait gencium
poetarum / primus in orbe deum fecit timor

respice in me.

idest vide afflictionem meam loquitur enim
quasi pendens in cruce Et dicit iheronimus
quod dominus in passione cecinit hunc psalmum et
sequentes usque ad illum versum In manus
tuas domine commendo spiritum meum

quare me dereliquisti

idest ma
nibus iudeorum me persequencium et traditum eorum
volun tati.

longe a salute mea

scilicet corporali quia non fuit
preseruatus a morte cassiodorus Nam passus est
impassibilis per passibile qui suscepit humanita
tem et inmortalis mortuus est et qui numquam mo
ritur resurrexit. vnde et beatus ambrosius ait
Idem paciebatur et non paciebatur moriebatur
et non moriebatur sepeliebatur et non sepelieba
tur. resurrexit et non resurrexit Sic et hominem
dicimus hodie pati mori et sepeliri cum tamen
anima illius nullo fine claudatur Deum osten
dit causam quare derelictus est scilicet quia peccatum huma
ni generis exigebat ut pro nobis peccatoribus
pateretur.

verba delictorum meorum

hoc supple
vnde subditur exigebant
nicholaus delicta populi sua dicit tamen per membro
rum et capitis affinitatem / tamen quia facit ea
quodammodo sua sustinendo pro eis penam mortis

Deus meus clamabo per diem.

quia circa horam nonam diei clama
uit xpristus in cruce hely hely et Mt 27°

et non exaudies

quia xps non fuit exau
ditus in ista oracione que
non procedebat ex voluntate deliberatiua sed
ex racione afflictionis et motu sensitiue par
tis proponente ad ostendendum in xpo verita
tem humane nature

et nocte

videlicet precedente xps
clamauit similiter ad pa
trem pro sua liberacione dicens pater mi si
possibile est transeat a me calix iste Et hoc

non ad insipientiam michi

non sum exauditus scilicet reputabis pro
in hoc apparuit maxima eius sapiencia et quantum
ad diuinitatem et quantum ad humanitatem quia
ille modus liberacionis humane fuit conuenien
tissimus ut videlicet homo sic penam solueret
qui debebat et deus redimeret qui poterat
cassiodorus Audiat querulum genus humanum
qui peticiones suas desiderat sine dilacione
compleri petit sicut deum & humanitas verbi que
merebatur exaudiri quia tamen ideo non constat

Deus meus racione humanitatis a te create

manibus iudeorum me persequencium tradidisti

Hominem dicimus pati mori et sepeliri

Ista oracio non procedebat ex voluntate deliberatiua

ille modus liberacionis humane fuit conuenientissimus

Clamauit paul9 ut ab eo carnis stimul9 tolleret

auditam vt eius sacro sanguine probrosa mūdi crimina lauarent. Clamauit paulus vt ab eo carnis stimulus tolleret nec tamē audit9 a dño Aug9. sed non ad insipienciam sed ad sapiām vt homo intelligat medicum esse deum et tribulacionem medicamentum esse ad salutem non ad penam Sub medico positus vreris secaris / clamas non audit me dicus ad voluntatem sed ad sanitatē gregor9 26° moāalium labor pugne protrahit. vt crescat corona victorie Quos ergo dominus cum ve lociter non exaudit quos repellere credit9 tra hit Medicus quippe animarū est et pctorum et bonis contagia secat abscidit vuts putredi nis ferro tribulacionis in quo voces egri audi re dissimulat eo egritudinis finem procurat cassiod9. Duo enim sunt genera peticionū qn petimus honores diuicias inimicoꝝ vindictam & huiusmodi insipienter petim9 quia munda na desideram9 Qn autem postulam9 vt a periculis liberemur vt nobis vita concedatur eterna non stulte peti mus ꝭ conuenient9 oram9 **tu autem ī sācto habitas** deus pa ter q̄ es **laus isrl'** idest viden cium et in telligencium te Aug9. In illis habitas quos sancti ficasti quos intelligere quia ad vtilitatem quos dam non exaudis. et ad dampnacionē quos dam exaudis ad vtilitatem non ē exaudit9 dyabolus qui petyt iob ad temptandum et de mones qui pecierunt se posse intrare porcos **ī te sperauerūt pa tres nr̄i sperauerūt et liberasti eos ad te clamauerūt et salui facti sūt** Et nouimus et legimus q̄ multos patres nostros sperantes in se quos eruit de9 Eruit populum de terra egypti Eruit tres pueros de camino ignis Eruit danielem de lacu leonum Eruit susannam de falso crimine Nūq̄ defecit ad filium suū vt in cruce pē dentem non exaudiret Sed cum hic tanta supplicantib9 prestiterit / tamen filio propo non pepercit sed pro nobis omnib9 tradidit illum vt implerent9 scripture et sal9 mūdi passione ipsius prouenirret / xps qui suos apostolos vocat in euāo fratres ipse antiq̄s prophetas et fideles vocat patres iohannes **in te sperauerūt et nō sūt cōfusi** quia qd9 promisisti adimples ti hoc ē terram promissionis et longam vitam dedisti eis nicholas **Ego autē sū vermis** idest vilis et abhominabilis in conspectu iude orum vnde expuerunt in faciē ei9 et cola phis eum cecide runt vt h̄r M̄t 26° **et nō homo** videlicet reputat9

Postulam9 ut a piculis liberemur

Eruit ppl'm de t'ra egypti et tres pueros de camino ignis

quod pmisisti adimplesti h' ē terra promissionis et longam vitam

quia non habebat speciem neq̄ decorem vnde ysa. liij. reputauimus eum quasi virum lep sum marianus in sermone eiusdem. Cur totius dominus creature vermiculo se voluerit cōpa rari possim9 quidem huic assignare q̄ sanc torum vuts est maxima sicut sanct9 moyses ante deum animal se irracionale profitetur dauid pulicē se esse cōmemorat vel xps compa rat se vermi iohannes Quia vermus in ligno nascitur non habet prēm nisi mr̄em Et xps ex maria est nat9 sine concubitu non habet prēm in ter ris n̄ mr̄em **obprobriū hoīm** cassiodo9 fuit xps quando cum sputis inimicus sacerdotes et pharisei con spuebant et alapis sacrilegiis v'bābāt eū **et abiectio plebis** fuit quando pylat9 dedit turbis potestatem quem vellent sibi dimitti Illi barraba' eligē tes xpm dominū potius abiecerūt **oīs videntes me** omis de ma lis tantum suis cupiendum ē q **deriserūt me** dicentes Aue rex iu deorū **locuti sūt labys** et non animo Na per iracundia et nō per racione proba res dictum adiecit **et mouerūt caput** me sicut falsum prophetam nichol9 blasphe mando et notando. quid autem dixerunt sacerdotes eum blasphe mantes cōn9 ōndt dicēs **sperauit ī dño eripiat eū saluū faciat eum.** Hec verba recitat etiam euāgelista Mt 27° dicens principes sacerdotum cum scribis illu dentes dixerunt alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere Et subditur Confi dit in deum liberet eum nūc si vult Et ppheta ait **qm̄ vult eum** iohannes idest pater voluit talem filium habere sine pctō per quem peccata mundi tolleret cassiodor9 O celestis integritas nonne videm9 hic euāgelium recensere magis q̄ psm qn tanta veritate completa sunt et non futura sed transacta esse videantur. Merito ne q̄ aute excusabile perfidis aut fidelibus relinqueretur ambiguū nicholas Sequit9 vox humanitatis xpi qui tanq̄ verus homo recurrit ad diuū aux̄m dicēs **qm̄ tu es qui extraxisti me de ventre** videlicet virginali quia supra natu ram nasci me fecisti de virgine cassiodor9 Et congrue ab originalis peccati vicio dicit se extractum vnde huma nitas tenebat9 obnoxia **spes mea ab vbe rib9 matris mee** xps homo ab inicio vite sue spem suam dicit in domino posuisse vt declararet perfectā huā nitatem quam assumere et monstrare dig

barrabam elegerunt et xpm abiecerunt

alios sal uos fecit

sup̄ natu ram nasci me fecisti de uirgine

tus ē iohannis Qui non ē dedignatus sugere
vbera matris id
est vbera marie In te proiect⁹ sū ex vtero.
augu. vt tu solus esses spes cassiodo⁹ Quod autem
se dicit proiectum in domino ostendit ab hu
na iniquitate se
fuisse districtum. De ventre matris mee
d's me⁹ es tu nichol⁹ idest te deum meū
cognoui quia anima xpi
ab instanti conceptionis
fuit repleta virtutib⁹ et sciētijs ne discesseris
a me subtrahendo auxiliū
tuū Cuius cām subdit. quoniam tribu
latio proxima ē idest acerbitas max
ima mee passionis et nō
est q̄ adiuuet eripiendo me de manib⁹
iudeorum iohannis Neque
angelus neque homo nisi tu pater cassiodorus
si deus non adiuuet nullus est qui eripiat
periclitantem Consideremus ergo si debemus
aliquā ab ipso diuidi qui nullus nisi ipsius
tm̄ miseratione possumus saluari Oratione
decursa quam xpc passionib⁹ suis semp pre
mittit sicut eum fecisse tempore traditionis
euangelistarū dicta testantur quāter per alle
gorias comparationes artha. tarcificionis
sue reuelat po. futura tanquam preterita vt
durissima corda iudeorum
quasi pacta veritati quātet circumdederunt
me vituli multi idest populi iudeorum q̄
erant tanquam vituli lasciui
entes et incontinentes qui gressus suo nullo
moderamine distinguunt sed vagi ac pendu
li ad iniqua consilia
quibusdā saltib⁹ efferū. tauri pingues
obsederūt me per quos principes iudeorum
designat qui ferores erāt
ad occidendum xpm̄ et in diuitijs impingua
ti / vel circumdederunt potest trahi ad eos qui i.
cum gladijs et fustibus ambiendo obsederūt
aut illum cum illis qui sepulcrū eius custo
dierunt ne a discipu
lis occulte raperetur aperuerūt super
me os suū clamantes crucifi
ge crucifige eum sicut leo
rapiēs et rugiēs nichola⁹ desiderātes me
deuorare ex crudelita
tis magnitudine sicut aq̄ effusus sum aqua
enim perfectius funditur de vase q̄ alij liquores
quia de alijs liquoribus effusis remanet sa
por et odor per hoc intelligit q̄ iudei inten
debant ut nichil de xpo in corde eorum nulla memo
ria remaneret Idem
iohannis Hug⁹ vel sicut aq̄ effusus sū
idest sanguis meus habundanter sicut aq̄
effusus est Mortem autem domini
secuta ē mors spūal' aplo⁹ vn̄ sbdit et dis

te deū me ū cognoui

nisi deus adiuuet nullus ē q̄ eripiat pe riclitātem

iudei erant tāq̄ vituli lasciuiētes

desiderātes me deuora re ex crude litatis ma gnitudine

morte dn̄i secuta est mors spūal' aplo⁹

persa sūt omnia ossa mea iohannes idest
apostoli quia
sicut caro ab ossibus oritur vel roborat. Ita et
corpus xpi idest apostoli firmant a xpo nicho.
vel aliter ma
gis iux' lr̄am dispsa sunt oīa ossa m.
idest a iuncturis dissoluta Tali modo dicit ex
danielis / domine in visione tua dissolute
sunt compages mee et nichil remansit in me
viri
um Factū est cor meū sicut cera liq̄s
cēs ī medio vētris mei Sicut cera ex
calore ignis
resoluitur sic cor humanū in q̄ est partis
sensitiue organū horrore terribili pene im
minentis hec autem ad experimenda grauitudi
nem doloris xpi sensi
bilis dicta sunt de ipso Aruit tāq̄ testa
vtus mea quia humor existens in corpore
xpi fuit exhaustus per effusio
nem sui sanguinis in flagellatione coronati
one manuū et pedum confixione et lateris
apertione In cuius apertione post sanguinē
exiuit aqua vt habet Joh 19 ad ostendendum
q̄ corpus remansit arefctū tanq̄ testa excocta
et ossa mea c̄ficta s̄t quia deficiente
sanguine defecit
virtus
ossium et lingua mea adhesit fau
cibus meis pre defec
tu humoris et ī puluerē
mortis deduxisti me idest ad mortem
per quam corpo
ra rediguntur in puluerē tamen corpus xpi
a pulueris putredine fuit preseruatum per
sue resurrectionis accelerationē vt dictum
ē supra ps 15. Nec mirū
si hec passus sū q̄ predixi qm̄ circūdede
rūt me canes multi idest iudei non se
habentes ad me sicut
homines s̄ sicut canes contra me latrantes
in presen
tia pilati consiliū malignātium ob
sedit me sm̄ q̄ d' mt' 27. Mane autē facto
consilium inierūt oīs principes sa
cerdotum et seniores populi aduersus ihm vt
eum morti traderent et vinctū adduxerunt et
pontio pilato p̄
sidi tradiderūt foderūt man⁹ meas
et pedes meos clauis in cruce perforando
Et licet hoc fecerint mili
tes pilati qui erant gentiles ascribit tamē
iudeis ad quorum importunam petitionem
hoc fac
tū fuit dinumerauerūt oīa ossa mea.
quia ita extenderunt me in cruce q̄ ipsa di
numerari potuerunt cassiodo⁹ Vt q̄ caro sup
dicta lacerata celauerat nimia extensione

sicut caro ab ossib⁹ oritur vel roborat

humor corpis xpi fuit exhaustus p effusione sanguinis

p morte corpa rediguntur in puluerem

licet hoc fecerint milites pylati ascribit tn̄ iudeis

corporis appareret Nichol. Ad cuius intellectum
sciendum quod quando aliquis cruci affigebatur
mensura corporis sui a manu in manum secundum lati
tudinem et a scapulis usque ad pedes secundum longitu
dinem capiebatur ut in ligno crucis fierent fora
mina per que claui possent facilius transire et
sic factum fuit de xpo Quoniam autem una ma
nus fuit affixa humores cucurrerunt ad locum
illum quia naturaliter currunt ad locum lesum
et sic nerui fuerunt retracti versus illam partem
ideo quod alia manus reduceretur ad locum forami
nis in ligno facti oportuit eam trahi violenter cum cordis
Et idem intelligendum est de pedibus propter
lesionem factam in partibus superioribus propter
quod ex tali violenta extencione corporis apparebant
ossium iuncture quia xpus fuit nudus crucifixus
et sic poterant ossa eius numerari Ipsi vero consideraverunt
et inspexerunt me estimantes hominem purum
eo quod videbant me talia passum Diviserunt sibi vestimenta mea secundum quod dicitur
Joh. 19. Acceperunt vestimenta eius et fecerunt
quatuor partes unicuique militi partem una
et super vestem meam miserunt sortem s. su
per tunicam eius inconsutilem ut dicitur ibidem
Et quia non erat convenienter divisibilis mise
runt sortem quis eam haberet totam Cassiodorus
Ad sciendum vero cur dominus qui dicit pota
tem habeo ponendi animam meam et potestatem ha
beo sumendi eam potius crucis et non alterius
supplicii elegit sibi mortem Considerandum est
quod crucis posicio talis est ut pars eius superior ce
los petat inferior terras non deserat fixa in
fernorum ima contingat Et velud quibusdam
brachiis extensis latitudo eius totius partes
appetat mundi Iaces vero quatuor cardines mun
di designat Sic in patibulo posita cuncta videtur esse
complexa ut xpm in celo xpm in terra per cunctum
orbem xpm quoque ad inferna figuram crucis es
se cognoscas Qui si fuisset ferro truncatus aut ig
nibus fuisset suffocatus aut lapidibus fuisset
oppressus aut fluctibus dimersus aut alia qua
libet morte preventus quo signo rogo dyabolus
pelleretur quo vexillo frons xpianorum tuta mansis
set qua figura corporis et anime firmaretur in
firmitas Nulla mors tante maiestati melius
convenire potuit nisi hec que nobis perfecte salutis
indicia dereliquit Corpus namque xpi filii dei
cruci clavis affixum lancea perforatum nobis
intulit sine fine mansurum post narracionem
passionis sue dominus ihesus celeritatem depreca
tur sui corporis resurrectionem ut perfidorum mala
crudelitas superveniret tali
gloria destituatur unde dicit Tu autem do
mine ne elongaveris auxilium tuum a me
auxilium dicit suam resurrectionem que facta
est die tercia Nichol. Ac si dicat dominus patri
resuscitata me potius Ad defensionem meam conspice
Que autem sit ista defen
sio consequenter exponit dicens Erue a framea
deus animam meam idest a morte violenta que
gladio solet inferri quod dicitur
est quia non per violenciam sed propria sua volun
tate anima eius separabatur a corpore secundum quod
dicebat iohannis 10. Ego pono animam meam et nemo
tollet eam a me Sed ego ponam eam a meipso
idest pro vo
luntate mea et de manu canis iohannis idest de
potestate inferni qui de
vorat animas more canino unicam meam idest animam
que idcirco dicitur unica quia ipsa sola imu
nis est a peccato Et alie anime mundantur ab ip
sa hoc etiam dicit
et in psalmo 15. Non derelinques animam
meam in inferno Nicholaus. Salva me de ore
leonis idest populi iudaici quem vocat leonem
propter crudelitatem et fortitudinem
mali
ac sue Et a cornibus unicornium hu
militatem meam Gregorius Unicornis est ani
mal superbissimum quod dicitur
mori ex indignacione si preter voluntatem
suam teneatur Et unum cornu habet postu
lat ergo eripi humilitatem suam a presumptio
ne et superbia militum qui ipsum putabant cus
todire intra sepulcrum Collector postquam dominus
xpus narravit que passus est consequenter subiungit fruc
tum passionis
sue dicens Narrabo nomen tuum
fratribus meis Nicholaus apostolis aliisque disci
pulis quibus manifestavit
resurrectionem suam factam virtute dei patris secundum
quod exponit apostolus ad hebr. 2. Non confunditur
eos vocare
fratres dicens Narrabo nomen tuum fratribus
meis ut dictum est sub
titulo huius psalmi In medio ecclesie
laudabo te. idest in medio congregacionis
fidelium faciam te laudari
per apostolos aliosque credentes factum est in die pen
thecostes sicut dicit act. 2. loquebantur variis
linguis apostoli magnalia dei Deinde conver
tit xpus sermonem ad suos fideles hortans eos
ad laudem
dei dicens Qui timetis dominum timore fili
ali vel initi
ali Cassiodorus Qui laudem generat amorem tri
buit ardorem caritatis inflammat Timor enim
humanus non laudem parturit sed vitupera
cionem quia ecc. 15. Non est speciosa laus
in ore peccatoris qui ergo reverenciam habetis
nobis
eius laudate eum corde et ore quia cum
non mereatur predicari

Erue animam meam a morte violenta

Unicam me idest animam meam

Unicornis est animal superbissimum

Non confundit eos vocare fratres

Qui timetis deum timore filiali

Humores naturaliter currunt ad locum lesum

Acceperunt vestimenta eius et fecerunt quatuor partes

Crucis posicio talis est

Nulla mors tante maiestati melius convenire potuit nisi hec que nobis perfecte salutis indicia dereliquit

Auxilium dicit suam resurrectionem factam die tercia

nisi qui cognoscatur et timeatur Qui autem sit illi qui eum timent explanat dicens **vniuersum semen iacob** Nichol. idest vniuersi imitatores fidei et operum eius qui estis super plantatores viciorum. **glorificate eum** coram omnibus absque timore honorantes eum **timeat omne semen israel** non carnalis sed spiritualis secundum quod distinguit apostolus ad romanos 2°. israel secundum carnem et secundum spiritum Hugo. Semen israel sunt omnes renati per baptismum quod deum contemplatur per veram fidem Quare autem sic laudari debet et glorificari consequenter ostendit dicens **quoniam non spreuit** negligendo **neque despexit** refugiendo. **deprecacionem pauperis** idest meam nicholaus qui in paupertate natus sum conuersatus nudus crucifixus et mortuus atque in alieno sepulcro sepultus collector. Translacio romana habet sic Neque despexit preces pauperum cassiodorus. Quod solent facere mundi istius honore gloriantes videlicet spernere pauperes / despicere supplicantes tamquam de habitus qualitate mentiri vt si sit vestibus nitidus verax putetur. Si amictu sordidus mendacissimus habeatur Sed apud deum longe diuersum est qui de veste non iudicat qui opulenciam non honorat sed preces fidelium pauperum exaudit et adiuuat Egenus illi preciosus est quam tamen fuerit sanitate ditissimus iohannes. **nec auertit faciem suam a me** sed resuscitauit me a mortuis **et cum clamarem ad eum exaudiuit me** Hugo Vnde ad hebreos 5° dicit apostolus In omnibus exauditus est pro sua reuerencia cassiodorus Sed quid est de quo se dicat exauditum vtique vt mors nostra eius excicio finiretur vt originale peccatum veteris hominis redimeret precio sanctissimo passionis. Hugo deinde conuertit sermonem ad patrem ostendens quod eciam ita laudat eum sicut hortabatur xpistus vbi dicit **Apud te laus mea in ecclesia magna** nicholaus quia xpistus in nomine patris laudatur in ecclesia per orbem terrarum diffusa **vota mea** idest corpus et sanguinem meum voluntarie a me oblata in cruce **reddam** conuertendo substanciam panis et vini in corpus meum et sanguinem in sacramento eucharistie **in conspectu timencium eum** idest fidelium coram quibus conficitur hoc sacramentum Ipse enim est sacerdos summus qui hanc consecracionem efficit virtute diuinitatis Sacerdos autem ecclesiasticus non est nisi minister proferens verba consecracionis in nomine eius **edent pauperes** idest vere humiles. **et saturabuntur.** cassiodorus Qui contemptis terrenis regnum dei esuriunt Saturari eum non poterat nisi quos talis possidebat esuries Et. **laudabunt dominum** nicholaus Quia eum diuinis laudibus et graciarum actione debet accipere hoc Jeronimus **qui requirunt eum** per fidem et sacramentum opera cognoscentes quod ipse est panis viuus qui de celo descendit **viuent corda eorum in seculum seculi** idest anime eorum eternaliter viuent quia hoc sacramentum viuificat spiritualiter et eternaliter. Vnde dominus dicit ioh 6°. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum cassiodorus Illud veraciter viuere dicimus quod in diuinitatis gracia perseuerat **reminiscentur** Nicholaus. vox est prophete dauid preuidentis conuersionem gencium ad fidem xpisti ante finem mundi sicut predictum fuit. Hugo. Per fidem quam predicabant apostoli et dan. a°. dicitur **reminiscentur** et sic **conuertentur ad dominum** qui conuersi fuerant per ydolatriam **vniuersi fines terre** quia ex vniuersis finibus terre collecta est ecclesia catholica **et adorabunt in conspectu eius vniuerse familie gencium** cassiodorus. Ne quis putaret dubium quomodo esset ab vniuersis gentibus adorandus interposuit in conspectu eius vbi nullus adorat nisi qui de sincera fide presumpserit Conspectus enim illius non est nisi super fidelissimos et beatos **quoniam domini est regnum.** iohannes Regnum dyaboli cecidit et regnum xpisti aduenit nicholaus **Et ipse xpistus dominabitur gencium.** Hugo Supra dixit de manducacione spirituali eucharistie ibi edent pauperes etc. hic consequenter agit de manducacione sacramentali que omnis est bonus et malus Vnde dicit **manducauerunt** corpus xpisti in sacramento **et adorauerunt** exterius genua flectendo **omnes pingues terre** cassiodorus idest diuites qui habent in diuiciis presumpcionem Et hii diuites qui sunt tepidi xpistiani **in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram** idest qui terrenas concupiscencias carnis fragilitate descendunt et hominibus apparere non possunt sed dei conspectui noti sunt augustinus Solus enim deus videt quomodo cadunt vniuersi qui celestem conuersacionem deserentes in terra eligunt beati apparere hominibus non videntibus ruinam eorum Hugo. Ita erit malis dicit xpistus Sed de me et de meis qui digne sumunt corpus meum erit hoc quod subdit **et anima mea illi viuet**

vniuersi imitatores fidei

non spreuit negligendo

si amictu sordidus mendacissimus habeatur

vt mors nostra eius excicio finiretur

coram quibus conficitur hoc sacramentum

qui contemptis terrenis regnum dei esuriunt

Illud veraciter viuere dicimus quod in diuinitatis gracia perseuerat

vniuerse

quomodo esset ab vniuersis gentibus adorandus

diuites terre qui habent in diuiciis presumptionem

Filij ecclie seruient ipi amore iusticie non timore pene

iohannes idest deo patri qa mors ei ultra nō dn̄abit. **et semen meū**
s. filij ecclie **seruient ipi** hugo. Amore iusticie non timore pene hoc
autem erit per predicatio nem apl'orum vnde sbdit **Annūciabit. dn̄o gñacio ventūa** Nichol. idest gñao populi xpiani q̄ regenerat in xpo ex aqua et spū sancto q̄ tem pore dauid erat adhuc ven tura et per orbem diuulgada **et annuncia būt celi** idest apostoli et discipuli dn̄i qui celi dic in ps 18. **iusti ciā ei9** idest mandata xpi et euan gelij ipius xplō viz xpiano **qui nascetur** per fidem ex aq̄ et spiritu sancto **quē fecit dn̄s** s. xps liberum a pctis cassiodo9 Creauit enim quando illum de ventre mr̄is eduxit Sed tunc eum liberum fecit a peccatis quando xpianum per aquam regeneracionis instituit O corda dura nideor O insensate me tes infidelium Nonne hic solus ps ad passio nem credendam sufficere debuisset quam sic euidenter de se veritas ipā predicauit Et ne aliqua corde durissimo excusacio linqueret sequitur inter alios de hac re ps euidenti et manifestissima xphācione conscripti s. 21 et 68 et ch9 vt nulli deberet esse ambiguum qd tantis preconibus cognoscitur fuisse diuul gatum Nos igitur qui p miam dei et fide fi lij eius ihū xpi periculum infidelitatis euasi mus vt exinde dignas nostro modulo grati arū acciones referre prompti excitemur iugi ter nostre memorie commendandū ē qualiter p nobis dominus ihs paup fact9 est et dolens a discipulo suo tradit9 in manibus inimicorum suorum ligatus consputus derisus percussus obprobrijs saturat9 falso accusatus flagellis cesus spinis coronatus morti adiudicat9 cla uis confix9 suspensus patibulo crucis felle potatus et tandem pro nr̄is peccatis in cruce mortuus et lancea latus eius perforatum est Vnde in nr̄e redempcionis sacramentū sanguis et aqua profluxit hec herreant semp animo nro vulnera eius in cruce pendentis inspicientes iugem memoriam de eius passione cum suspi rio et cordis dolore habeamus quatin9 sic compa ti valeamus vt ipi post hanc vitam copulari me reamur in regno nichol. Moraliter autē posset exponi psalmus iste de quolibet fideli qui est membrum xpi qui in afflictione mentis siue corporis positus petit a deo liberari a quibus cū adiutorio dei resurgit saltem spūaliter et si nō corporaliter quia deus pmittit aliqn̄ fideles suos in afflictionibus corporaliter mori vt p meritum paciencie perueniant ad manus pre mium celestis glorie ad quam nos perducat q̄ est bn̄dictus in secula s̄clorū amen

Apostoli et discipuli dn̄i celi dicuntur

Nulli dēt ē ambiguū qd tantis preconibus cognoscitur fuisse

In nre redempcionis sacramentū sanguis et aqua profluxit

Mori p meritū paciencie ut perueniat ad premiū celestis glorie

Dn̄s regit me Titulus psalmus dauid qui patet ex premissis hugo. Supra egit de passione xpi et de fructibus eius Hic autem prosequitur fructum eius qui est liberatio a captiuitate babilonica s. a pcto Et hec facta ē per passionem domini p quam data ē nobis libertas redeundi ad supnam iherusalem ad quam reuertimur ad decem dietas siue gracias quas in psalmo describit xpha cassio9. loquitur enim per totum psalmum fidelissimus xpianus p mi hominis vetustate deposita regenerat9 ex aqua et spiritu sancto gras agens atq3 dicens **Dn̄s** hugo xps **reg. me** redeuntem de captiuitate pcti vt dux viatorē ne deuiet vt lux in tenebris ambulantē ne cadat vt pastor gregem ne a lupis peat iohannes **et nichil michi deerit** qui deum habet et qui deo adheret nichil boni deest ei vt ait propheta nichil deest timentib9 eum hugo. Et hoc pbat per inductionem illorum decem q̄ sunt necia viatori pma gracia est cognicio sacre scripture de q̄. dicit **i loco pascue** idest sacre scripture **ibi me collocauit** cassiodo. Sicut enim pecudum corporibus pinguedinē pstat ager depastus. ita et sermo diuin9 animā nouit fideliter saginare meditat9 de hijs pas cuis saturat9 eructauit ille qui dix deo Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauum ori meo et hijs similia. Hugo Sc̄a gracia ē baptismatis regeneracio q̄ ē ianua fidei de q̄ subditur **sup aquā refectionis** cassiodor9 idest su per lauacrum baptismi quo anima sterilis ari ditate peccati ad bonos fruct9 ferendos diuinis muneribus irrigatur hugo Et bene dicit aqua refectionis quia baptismus reficit et reformat in homine similitudinē dei quā deformat dy abolus per pctm Et sup hāc aqua **educau. me** sicut pue rum nutri mento Quasi dicat recepto sacramento bap tismi quasi fundamento paulatī alia sacra menta recepi q̄ nutriunt animā ad recipien dum solidum cibum idest doctrinam perfecti onis Tercia gracia est omnimoda conuersio ad deum vt nichil preter eum querat homo de qua addit **aīam meā conuertit** ad se, mūdanis rebus non inhet vel intendat cominus ad eum libere currere possit cassio9 Qu post baptism de peccatrice facta ē iusta de fecunda nimi diffusa q̄ dudum sub dyabolo fuerat cap tiua. Sed tunc est salubris ista confessio si non iterum i rcentiuis vicijs in peccata re labatur. Hugo Quarta gracia quam fecit

liberatio a captiuitate babilonica s. a pcto

regit me redeuntē de captiuitate pcti

sermo diuin9 aīaz nouit fideliter saginare

baptism9 reficit in hōie similitudinē dei

salubris ē ista confessio i rcentiuis vicijs

dominus viro iusto est quod ducat eum per compendi
um consilior(um) vnde subdit **Deduxit me sup(er) semitas iusticie** idest per consilia per que deducat homo vt rectius et cicius perueniat ad patriam cassio(dorus) Semite enim iusticie sunt duo precepta caritatis in quibus lex et prophetalis sermo concluditur. videlicet diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et proximum tuum sicut teipsum. Addit **propter nomen suum** vt nemo dicteret meritis suis collatum quod a diuina gratia probatur esse concessum Se(quitur) quinta gratia que est securitas per quam viator iste ducitur per viam huius mundi vnde subdit **Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis.** Hugo. peccata vel peccatores dicuntur vmbra mortis quia per ipsa peruenitur ad veram mortem inferni vnde ysaie 9o dicitur habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis Sic ergo continua littera m peccatula vie non possunt michi nocere quia dominus deducit me. **Nam si ambulauero** inter peccatores quos **non timebo mala** culpe ad quam me trahere volunt nec malum pene quia michi infligant **quoniam tu mecum es** augu(stinus). Nunc habitas in corde meo per fidem vt post vmbram mortis etiam ego sim tecum cassio(dorus). Siue vmbra mortis absolute dyabolus qui obscure nobis laqueos ponit vt nos per nebulas ipsius decepti in eterne mortis precipicia corruamus. non timebo eius prauas temptaciones et fraudes quia tu deus meus possis tue victuione defendis sicut scriptum est in propheta. Non te deseram non te derelinquam Sequitur vi gratia que est paciencia et gaudium in tribulacione vnde dicit **virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt** iohannes Per virgam intelligitur tribulacio et disciplina patris per baculum sustentacio in presenti et consolacio futura accipitur cassiodorus Istis igitur duabus rebus fidelis se asserit consolatum vna est districtio siue castigacio que conterit viciosos Altera gubernacio que sustinet fidelissimos xpianos Ipsa ponit in plurali numero pro istis duabus que virga et baculus significant Sed videamus quemadmodum vtraque nos consolari potuerunt cum res omnino diuerse sint. baculum quippe non est dubium consolari qui ad opem ferendam humane inbecillitati semper assumitur De virga quod dicimus quia percussit affligit et vicia nostra iudiciaria seueritate castigat Consolatur plane et ipsa fideles quando eos ad viam domini adhibita emendacione perducit Nam recte conso

consilia per que deducat homo ut citius perueniat ad patriam

securitas per quam viator ducitur per via huius mundi

nunc habitas in corde meo per fidem

per virgam intelligitur tribulacio et disciplina

consolatur ipsa fideles

lari dicimus omne illud quod iuuat et si ad tempus nos pro sua districtione contristat. sicut dicit apostolus ad hebreos Omnis disciplina ad presens non gaudii videtur sed tristicie in posterum autem multum fructum affert. Hugo. Consolantur ergo nos flagella domini propter tria. primo quia signa sunt paterne dilectionis sicut ipse dicit apoc 3o Ego quos amo arguo et castigo. 2o quia penas eternas in temporalem commutant vnde grego(rius) ait Sancti penas temporales lucrum reputant quia per has se eternas euadere non ignorant. 3o quia eterna gaudia donant vnde sapie 3o dicitur in paucis vexati in multis bene disponentur iohannes Erudierunt ergo me consolando non affligerunt mortificando Hugo. Septima gratia est refectio eucharistie de qua subditur **Parasti in conspectu meo mensam** cassiodorus idest predestinati altare sanctum quod cuncta videlicet eccl(es)ia quod circundat populus xpianus Ecclesie vero mensa est beata communicacio corporis et sanguinis xpi epulacio felix saturitas fidei. esca celestis Hugo hanc mensam parauit xpus et non alius sicut prouerbiorum 9o dicitur Sapiencia idest xpus edificauit sibi domum idest eccl(es)iam sanctam excidit columpnas septem idest septem sacramenta que sunt in eccl(es)ia immolauit victimas seipsum offerens in ara crucis miscuit vinum et posuit mensam quando corpus et sanguinem suum in altaris sacramento fidelibus manducandum dedit misit ancillas suas idest predicatores vt vocarent ad arcem idest ad sacramentum xpi corporis quod est munimen contra inimicos vnde subiungit **aduersus eos** scilicet demones **qui tribulant nos** temptacionibus diuersis. cassiodorus Quoniam hoc sacramentum sumitur ad remissionem peccatorum et vitam eternam possidendam Hugo Octaua gratia est leticia spiritualis de qua subiungitur **Impinguasti in oleo caput meum** idest letificasti mentem meam leticia spirituali iohannes Mens enim caput vocatur quia sicut capite reguntur membra Ita cogitaciones mente disponuntur Hugo Racio quare oleum dicatur spiritualis leticia est quia illuminat reficit supnatat et facit ne homo luctans contra dyabolum possit ab eo capi de quo oleo dicit in 44o psalmo vnxit te deus oleo leticie pre consortibus tuis Sequitur nona gracia cum subiungitur **Et calix inebrians** cassiodorus hoc est munus sanguinis domini qui sic inebriat vt mentem sanet. dans obliuionem vanarum delectacionum hec inquit vinolencia sobrios reddit hec plenitudo malis euacuat Et qui illo poculo non fuerit repletus. eterna redditur egestate ieiunus addidit **quam preclarus est** vtique cum talia conferat vt ad celorum regna perducat de quo poculo in euangelio dicitur

Omnis disciplina ad presens non gaudii videtur sed tristicie

Erudierunt me consolando non afflixerunt mortificando

Excidit columpnas septem idest septem sacramenta

hoc sacramentum sumitur ad remissionem peccatorum

Mens sanguis domini sic inebriat ut mentem sanet

Qui bibit ex aqua quam ego do non siciet in eternum sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam Hugo. Sequitur decima gratia videlicet perseuerantia de qua subdit **et mia subsequetur me** idest mia que precedit me conferendo gratiam subsequetur me ne cadam a gratia sed in bono perseuerem **omnibus diebus vite mee** propter quod orat ecclesia Tua nos domine gratia semper preueniat et sequatur ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos cassiodorus Nam si solum sequeretur nemo donata perciperet si tamen precederet nullus poterat collata seruare Grauiores enim sunt insidie quas a tergo dyabolus parat et nisi mia domini subsequatur facillime fragilitas humana decipitur collector. Deinde fidelis xpianus declarat ad quem finem predicta beneficia sibi sunt concessa dicens **Et ut inhabitem in domo domini** hoc est in vita eterna vbi sine fine habitabunt sancti **in longitudine dierum** eternaliter sine fine cassiodorus Nunc reponamus quid celestis ista fistula decem virtutum gratiis et beneficiis compacta recinuerit quod dulce melos anime salutari delectacione cantauerit collector. Dns itaque nos regit vt ad vite pascua nos deducere possit aqua baptismatis nos abluit. Sicque animas nostras a viciis et dyaboli potestate ad se conuertit Deinde super semitas iusticie nos exaltat et inter diuersa corroborat post hec disciplina nos castigat et in tribulationibus castigacione nos sustentat Deinde pabulo sui corporis mentem nostram saciat gaudio spirituali. ipsam implet et suo proprio sanguine nos inebriat Ad vltimum perseuerantiam vsque in finem nobis tribuit Et post finem huius vite in celesti domo perhenniter et feliciter nos cum suis sanctis habitare facit. hy sunt decem beneficiorum gradus per quos dominus electos suos de profundo tempestatis et miseriarum huius mundi eterne felicitatis transmittit ad quam nos perducere dignetur ipse qui est benedictus in secula seculorum amen

Grauiores sunt insidie quas a tergo dyabolus parat

Dns nos regit ut ad uite pascua deducere possit

Hy sunt decem beneficiorum gradus

Domini est terra. Huic psalmo preponitur talis titulus psalmus dauid prima sabbati glosa. Iudei propter dignitatem sabbati appellant alios dies omnes septimane videlicet prima sabbati idest prima die post sabbatum secunda sabbati / tertia sabbati etc. xpiani vero omnes dies appellant ferias eo quod semper ab opere peccati est feriandum cassiodorus prima sabbati significat diem dominicam quia prima est post sabbatum quo die dominus resurrexit et isto seculo noscitur subuenisse glosa. Est ergo sensus predicti tituli psalmus iste cantatur a dauid de gloria resurrectionis xpi et hominis reformacione que resurrectio facta est prima sabbati idest in matutino prime sabbati que nunc dominica dicitur ob reuerenciam et excellenciam resurrectionis eius collector. Sicut enim preco post victoriam belli clamat totam inimicorum terram esse victoris Sic propheta dauid preuidens in spiritu dominacionem xpi in omnes gentes post resurrectionem eius esse venturam clamat vniuersum orbem terrarum esse xpi cassiodorus Vt sicut se nullus ab eius imperio probaret exceptum Ita nec ab eius fide crederet alienum Vnde propheta humanum genus alloquens ait **Domini est terra** idest ecclesia que nutrit et continet populum xpianum et dominum spaliter pura mente famulatur **et plenitudo eius** idest multitudo facta qua repletur ecclesia Sed ne hanc terram idest ecclesiam putares ex sola regione collectam consequenter subdit **orbis terrarum** idest vniuersalis ecclesia que totius mundi ambitu continetur **et vniuersi qui habitant in eo** idest non qui conueniunt et recedunt sed qui fixa mentis stabilitate perdurant habitare enim manere dicimus Ille solus etiam habitat qui vsque ad obitum suum in fide xpianissima perseuerat sicut et alius psalmus dicit vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee Et bene ecclesia dicitur esse sua. Hugo. **Quia ipse super maria** idest in amaritudine passionis sue vel per amaritudines tribulacionum et viciorum huius seculi fluctus **fundauit** idest corroborauit **eam** in fide vt anchora fidei procellas cuiuslibet periculi non pauescat **et super flumina preparauit eam** dominus idest super cupiditates huius mundi constituit eam vt ipsa superior esset munda sine macula et ruga Augustinus. Flumina in mare fluunt et cupidi homines labuntur in seculum quos ecclesia superat ecclesia que deuictis per dei gratiam cupiditatibus secularibus ad recipiendam immortalitatis claritatem parata est Nycholaus. Ad literam intelliguntur predicti duo versus hoc modo **Domini est terra et plenitudo eius** per plenitudinem intelliguntur ~~animalia~~ animalia et terre nascencia **orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo** per hoc tollitur error manichei qui dicit ista inferiora corruptibilia non esse a deo bono sed malo quia posuit duo principia vnum videlicet boni et alterum mali **quoniam ipse super maria fundauit eam** non est per hoc intelligendum quod mare simpliciter terra inferius sit cum terra sit infimum elementum et grauissimum sed solummodo secundum aliquas partes terre scilicet ripas maris que supereminent aquas Et per eundem modum loquendi dicimus quod norwegia est super mare occeanum mediterraneum Et similiter de fluminibus

vniuersalis ecclesia

per amaritudines tribulacionum et viciorum

per hoc tollitur error manichei

prima sabbati significat diem dominicam

q̄ super secanam est parisius Et aurelianus super ligerum et cetera Ad hoc enim terre sunt situate super maria vt deseruiant vtilitati hominum videlicet nauigacionibus et piscacionibus cassiodorus Postquam docuit breuiter vniuersa dni esse q̄ condidit nunc interrogacioni tradens quales esse debeant qui seipsos desiderant numerari pmittit g̃ interrogaciones vt apta visio subsequatur dicens iohannes **quis** pro raritate ponitur **ascendet in montem domini** Hugo Iste mons est sancta ecclesia de quo xps dicit in 2o ps Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius Quis ergo digne ascendet in ecclesiam vt sit de ecclesia non solum numero sed etiam merito Et quia multi sunt de ecclesia numero tantum qui et si ascendunt non stant sed cadunt Ideo subiungit **aut quis stabit** post ascensum perseueranter per fidem et bonam operationem **in loco sancto eius** idest in ecclesia collector Ieronimus vero augustinus et cassiodorus dicunt montem domini esse altam iusticiam vt est illud vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celis **aut quis stabit in loco sancto eius** iohannes idest sup hanc altissimam iusticiam eius acsi dicat Quia multi ascendunt et non perseuerant. deinde premisse interrogacioni tradit **innocens manibus** idest cuius operacio cassiodorus Neminem ledit sed quem potest adiuuare contendit Et ne putares hoc sufficere addidit. **et mundo corde** idest qui mundus est in cogitacione **qui non accepit in vano animam suam** In vano enim accepit animam suam qui putat desideranda que sunt necia transitoria vel caduca veluti terrena. Ille vero in vano non accepit animam suam qui se nouit ad diuinitatis intelligenciam procreatum ad legem dni custodiendam ad cogitaciones eterne vite et cetera quo potest superna gracia pmereri **nec iurauit in dolo proximo suo** In dolo iurat quisque qui aliter facturus est quam promittit veraciter Iurare in veteri testamento prohibitum quidem non est. Scriptum est enim Iurauit dominus et non penitebit eum. legimus patriarchas sanctissimos iurasse. Et quare dicat in euangelio Non iurabis neque per celum neque per terram et cetera nisi quia humano generi de infirmitate mentis frequenter nascitur causa periurij. et ideo in nouo testamento vtilius dicit esse omnino non iurandum premisit pias obseruaciones et conuenienter subdit premia dicens iohannes **hic accipiet benediccionem a domino** illam videlicet in futuro de qua habetur Matthei xxv Venite benedicti patris mei percipite regnum Et bene dicit **a domino** cassiodorus quia ipse benedicit qui iudicaturus est ipse absoluit qui iure omnino tabiliter dampnare potuisset Et vt ista benediccio non per merita sed per indulgenciam dni venisse videatur Ideo subiungit **et misericordiam a deo salutari suo** salutaris noster est xps dominus a quo et beatitudo tribuitur et peccata laxantur. Nec moueat quod prius dixit. hic accipiet benedictionem a domino Et postea subiunxit **et misericordiam a deo salutari suo** dum in ordine rerum primo parcat peccatis nostris et postea benedictionis munera subsequatur hoc enim frequenter inuenis esse variatum vt primo misericordia ponatur vt est illud Deus misereatur nostri et benedicat nobis Item conuertit illuminet vultum suum sup nos et misereatur nostri Que figura dicitur anastrophe idest peruersio quando ponimus ordine conuerso sententiam Quia singulariter dixerat Quis ascendet in montem domini nunc generacioni xpiane hoc cognoscitur applicari subiungit **hec est generacio** que sacri baptismatis fonte renascitur et fidem suam pia operacione commendat **querencium eum** dominum scilicet saluatorem hij sunt qui se non ambiunt preponi sed suo ordine suoque fine contenti sunt vt vel minimam partem in xpi regno mereantur accipere Sed quia sunt alij nimio fidei calore feruentes qui operum bonitate nonnullis preponi se velint addidit **querencium faciem dei iacob** vt hoc in illis faciat quod in iacob fecisse declaratur qui posterius natus primatum fratris senioris accepit iohannes Sequitur vox angelorum qui cum xpo ad infernum descenderunt atque ad tartareos ministros dicunt et ostendunt se principem illorum ligatum ducere **attollite** idest erigite o vos **principes** tenebrarum **portas vestras** videlicet inferni **et eleuamini** sursum de inferno vos **porte eternales** idest anime sanctorum eternales dicuntur quia semper sine fine apud deum regnature sunt. **et introibit rex glorie** scilicet dominus xps immense claritatis retinens regnum hij quoque attoniti et mentis stupore perculsi dixerunt **Quis est iste rex glorie** acsi dicant nos regem habemus dyabolum Iste rex glorie quis est Respondent angeli xpm precedentes ad infernum ipse est **dominus fortis et potens** qui mortem vicit **dominus potens in prelio** contra dyabolum principem vestrum quem alligauit Et nunc venit eruere domum vestram et diripere vasa eius idest confringere infernalia claustra et educere captiuam captiuitatem quia spoliato tartaro re

terre sunt situate sup maria

quis digne ascendet in ecclesiam

nemine ledit sed quem potest adiuuare contendit

in dolo iurat qui facturus est quod promittit veraciter

illam in futuro de qua habetur

salutaris noster est xps dominus

figura anastrophe idest peruersio

In iacob declaratur qui posterius natus primatum fratris accepit

Anime sanctorum eternales dicuntur

Nunc venit eruere domum vestram

ducit se cum multitudine captivorum glosa. Deinde angeli precedentes xpm in ascensione ac clamabant alys eorum principibus ut viam venienti domino aperirent ei qui occurrerant vnde dicitur **Attollite** idest reserate venienti dno o vos **principes** et li **portas vestras** idest aditus celestes. **et elevamini** idest aperiamini vos **porte eternales** videlicet ianue sepiterne iohannes **Et introibit rex glorie.** qui solum non post resurrectionem inmensam possidet claritatem verum etiam et illam quam equalem cum patre habuit prius quam mundus fieret glosa Ipse autem virtutes angelice novo misterio xpi carnem indu ti stupefacte querunt cum ammiratione **Quis est iste rex glorie** quibus respondet alie iohannes **dominus virtutum.** quia super novem virtutes celorum sedet Merito dominus virtutum dicitur quia pro nobis homo factus morti traditus infernalibus est tenebris addictus quod clementer suscepit patienter toleravit fortiter vicit mutabiliter consummavit Et quod virtute propria calcans inferos cum triumpho rediens ad supernos cum gloria ascendit ad celos. Sedet nunc ad dexteram dei patris omnipotentis interpellans iugiter pro nostris delictis **ipse est rex glorie** cassiodorus Sunt quidem domino donante et angeli gloriosi potestates throni dominationes et alie potentissime creature sed nullus est rex glorie nisi qui ipsos condidit et continet sublimitate Totus hic psalmus ad moralem pertinet disciplinam Commonet enim ut vanitatibus derelictis vero et pio domino servatur fideliter Quid enim beatius quam illum sequi qui humanum genus inflictam mortem iussit evadere Sed presta domine ut qui portas nunc tue lavacro sancte regeneravimus nullis inde peccatis impellentibus excamus per dominum nostrum ihesum xpm qui est benedictus in secula seculorum amen

Ad te domine levavi animam meam. Titulus in finem psalmus david glosa. Psalmus iste est consolatio fidelium contra adversa seculi sive oratio ecclesie Sensus autem tituli talis est psalmus iste dirigens nos in finem idest in xpm attribuitur david idest ecclesie qui hic loquitur in persona penitentis per flagella correcti. Nicholaus petit enim in devio huius vite divinam directionem dicens **Ad te domine levavi animam meam.** quia oratio est ascensus seu elevatio mentis in deum secundum damascenum cassiodorus Ergo de terrena conversatione et a carnalibus desideriis dicit levasse animam suam ad contemplationem celestium rerum quia facile humana despicit qui divina conspexit nicholaus. **deus meus in te confido** idest in tua bonitate non in mea equitate Augustinus Ex eo quod in me confidebam perductus sum usque ad istam infirmitatem carnis hugo. **non erubescam** peccatorum meorum confessione. **neque irrideant me inimici mei** videlicet demones vnde gregorius ait nisi contra eos vigilemus patimur irrisores quos ad peccatum habemus persuasores nicholaus. **etenim universi qui sustinent te** idest qui sustinent temptationes et persecutiones propter te **non confundentur** eternaliter in futuro licet aliquando in presenti temporaliter confundantur Consequenter ostendit qui sunt digni eternaliter confundi **confundantur omnes iniqua agentes** videlicet ydolatre et innocentium persecutores **supervacue** idest utiliter et infructuose presenti multum dampnose iohannes hoc dicit propheta non optando sed prophetando. nicholaus consequenter format petitionem dicens **vias tuas domine demonstra michi** ducendo me per viam rectam iustitie inter devia huius vite quia nullus absque tuo auxilio potest sufficienter evitare iohannes. Vias dicit mandata legis **et semitas tuas edoce me** idest artam et angustam viam collector. Sicut mundo renuntiare seipsum abnegare et cetera talia Seneca strictior et rectior est via consiliis Et propter hoc petit non solum dirigi in iustitia communi necessaria ad salutem sed etiam in iustitia excedenti que cedit ad perfectionem Cassiodorus et augustinus **dirige me** adhibitam in **veritate tua** nam per memetipsum non novi nisi mendacium **et doce me** sciam nicholaus Que non potest homo humana investigatione **quia tu es deus salvator** ad salutem dirigi non possum nisi per tuam illuminationem. homo enim divinitus ordinatur ad finem excedentem cognitionem naturalem secundum quod dicitur ysa. Sexagesimo quarto oculus non vidit auris non audivit et in cor hominis non ascendit que preparasti diligentibus te Ad finem autem incognitum nullus potest se dirigere Et ideo potest homine edoceri a deo ad consecutionem salutis eterne **a te** idest propter te **sustinui tota die** omni videlicet tempore vite mee cassiodorus. Due res sunt que efficiunt bonos xpianos primo ut dominum nostrum salvatorem credamus Secunda ut sub totius vite patientia retributionem ipsius expectare debeamus nicholaus Postquam petiit divinam directionem inter devia huius vite hic consequenter petit offendiculi remotionem quod in via recta potest impedire hoc est per

Angeli precedentes xpm in ascensione

Virtutes angelice misterio xpi stupefacte querunt cum ammiratione

Angeli potestates throni et dominationes

Psalmus iste est consolatio fidelium

Oratio est ascensus seu elevatio mentis in deum

confido in tua bonitate

non confundentur etiam licet in futuro

artam et angustam viam doce me

ad finem incognitum nullus potest se dirigere

hic petit offendiculi remotionem

catum prepediens a rectitudine vite Ad remotione
autem impetrandā. allegat
primo miam dinam dicēs **reminiscere mise**
racionū tuarū dñe et mīarum
tuarū Misericordia prope loquendo ē actꝰ — *mīa ē actꝰ interior miserantis*
interior miserantis Miseratio vero
effectꝰ exterior et vtrumqꝫ sibi postulat populꝰ
xpianus largiri sibi actum mīe diuine qui ē
idem qꝫ ipse deus et effectus eius qui recipitur
in eo cuius mise
recur Ide cassiodoꝰ **q̄ a sclō sunt** augustinꝰ
idest a prin
cipio mūdi Nūqꝫ enim sine illis fuisti qui et
peccantem hominē vanitati quidem sed in spe
subiecti et tot tantisqꝫ creature tue consolacio
nibus non dese
ruisti nicholaus **delicta iuuētutis mee** — *pctā ex passione cōmissa*
idest peccata ex passione cōmissa quia passiones
carnales dnantur tempore iuuentutis cassidorꝰ
Delictum quidam volunt leuius esse pctm̄ denīqꝫ
ab eo qꝫ viam linquat equitatis non tamē cū
in summa criminū prauitate versetur. delictum
ē enim amdius cibum sumere cachīno inepte
tenter resolui. ociosis verbis operam dare et hiꝰ
modi q̄ grauissima et mortalia non videntur
esse pctā sed tamen constant esse phibita Iuuē
tutem vero non tm̄ floridam etatem posuit sed
precipitaciōis audaciā Nam multi iuuenes
morum grauitate maturi st. Ego quidam senes
leuitatis crimi
ne maculant. **et ignorācias meas** — *pctā ex ignorācia cōmissa*
idest pctā ex ignorancia cōmissa quia multa
facimus que ma
la esse nescimus **ne memineris** ad pu
niendū
me in futuro iudicio tuo ea reseruando Nicho.
Sed po
cius. Sm̄ **mīam tuā memento mi**
chi remittendo culpam
mi et dando graciā **ppter bonitatē tuā**
dñe et non propter meritum meum hugo.
Sicut dicitur in glosa Differencia ē int — *Dr̄a ēst int mīam et bonitatem dei*
miam dei et bonitatem eius. quia mīa ē que
fit miseris bonitas q̄
impenditur oīt omibꝰ **dulcis et rcs̄ dñs**
idest misericors dimittendo pctā et iustꝰ dignū
vlcio iudicio merita
requirendo Idem augꝰ **propt. hoc** quia dñs
ē misericors
et iustus
nicholaus **legē dabit delinqntibꝰ ī via**
dicit pctīs que lex ē vt si vere peniteant mise
ricordiam consequntur si autem eternaliter pu
niantur tanqꝫ sua
misericordia abutētes **diget mā suetos** id
est
in animo
placidos. **ī iudicio** idest in preceptis iudi — *ī preceptis iudicialibꝰ seruādis*
cialibus seruandis per
que homo bn̄ se habet ad proximū iohannes Docē
bit mites vias suas vt videlicet deum ex toto
corde diligant cassiodoꝰ inter mansuetos et

mites hec videtur esse distancia Mansueti di
cuntur quasi manu consueti hoc tolerantes ī — *mansueti dicunt qi manu consueti*
iurias non reddentes malum pro malo Mites
sunt qui nulla furoris asperitate turbantur s
lenitate animi iugiter perseuerant hos docebit
vias suas de
quibus subdit. **vniuse vie dñi** nichol. idest
opera eius
que sunt quedam vie de
ueniendi ī cognicionem ipiꝰ **mīa et veritas** No
idest iusticia quia licet in aliquibus eius opibꝰ
magis appareat mīa eius vt remunacione scor
tamen ē etiam ibi iusticia in qntum deus ordiā
uit qꝫ pro talibus operibus redderetur premium
eternum propter qꝫ dicit apꝰ z thī e. bonum cer
tamen certam cursum ofiumaui fidem seruaui
ideo reposita ē michi corona iusticie quam red
det michi dominus in illo die iustꝰ iudex Et si
militer licet in aliquibus operibus plus appa — *licet ī aliquibꝰ opibꝰ plꝰ appareat iusticia*
reat iusticia vt in dampnaciōe malor tamen ē
ibi mīa in qm̄ punit citra cōdignū quia tanta
est offensa qntus ille qui offenditur Et ideo in
quolibet peccato mortali incurrit. de rigore iu
sticie pena infinita Et
hee vie maifeste sunt **requirētibꝰ** idest cu
stodientibꝫ
testamētum eius idest legem
a deo data **et testi**
monia eius idest monita prophetarū et
apostolorū Ipisqꝫ apparet per
experienciā diuinor bnficiorum qꝫ vniuerse
vie domini sunt mīa et veritas Et bene conso
nat littere ieronimi iuxta hebreum que sic hꝫ
Omnes semite domini mīa et veritas hijs qui — *Oms semite dm mīa et veritas*
custodiunt pactum eius et iustificaciōes eius.
Deinde concludit populus fidelis peticionem
suam de remis
sione pctōrum **propt no.n tuū dñe** idest
ppt
delectacionē bonitatis tue cassioꝰ vel dictus ē
ihesus qꝫ lingua
nra interpretat. **propiciabeis pctō meo**
ipm remittendo
Nycholaus **Multū est enim** idest ex
cedens
facultatem virtutis mee ad suffiriendū quia
de nullo peccato potest homo satisfacere nisi ex
dei dono Nullum enim opus est satisfactori
um absqꝫ diuina gracia fcm̄ cassioꝰ Deinde os
tendit quis timeat aut quali quis munere — *quis timeat aut quali munere gratuletur*
gratuletur cū
dicit nichola. **Quis ē hō q̄ timet do.m**
sicut patrē ca
more filiali. **legē statuit ei** .s. legem diui
nam et legē
na
ture **in via quā elegit** quia homo eligit
quam viam vult
siue viam vite siue viam mortis sicut dr̄ ecci
ci. Ante hominem vita et mors bonum et ma
lum qd placuerit ei dabitur illi nichola. idest
in potestate eius est ad bonū tendere et a ma — *In potestate eiꝰ est ad bonū tendere et a malo declinare*
lo declinare iohannes Simile huic p moysen ad
populum protestatur dñs dicens Ecce hodie

statu ante oculos tuos ignem et aquam bonum et ma
lum vitam et mortem
elige vitam et vivetis. **anima eius in bonis de**
morabit. hoc est in premiis fu
turis si elegerit vitam **et semen eius**
idest opus quod hic sanc
te vivendo seminavit **hereditabit terram.**
idest possidebit vitam tamquam
suam hereditatem. **firmamentum**
Cassiodorus **est dominus timentibus eum** humanus ti
mor diffiden
ciam tribuit. Divinus autem spei firmamenta
concedit Hugo Quia ipse timor domini stabilit
et firmat cor in domino unde dicit gregorius Ancho
ra mentis pondus timoris
timor domini fiducia fortitudinis **et testamentum**
ipsius scilicet dei pro
missio est. **ut manifestetur illis**
timentibus deum in presenti per fidem et in futuro
per spem Et quia tot et tanta expectat populus
fidelis a domino **oculi mei** interiores scilicet intel
ideo subiungit. lectus ut affectus
Intellectus per cogitationem **semper ad dominum** re
et affectus per desiderium spi ciunt
Ieronimus **quoniam ipse evellet de laqueo** dyaboli **pedes**
a quo prius per voluntates seculi capiebar
meos hugo. Facile enim evadit laqueos in terris
qui semper habet oculos in celis. **Respice** pietatis
Ny affectu. **et miserere mei.** in ef
fectu **quia**
hugo. idest non per plura distractus
unicus sed in unitate permanens nec divi
sus ad multa querenda **et pauper sum ego.**
quia una petii a domino
Cassiodorus idest a mundi illecebris segregatus nul
lasque seculi am
bicione infectus **tribulaciones cordis mei**
Glosa idest tot sunt cala
multiplicate sunt mitates mundi quod earum
anxietas pervenit ad cor HUGO tribulatur
iustus intus in corde propter mala eorum ex prolon
gacione etiam exilii et
ex dilacione patrie celestis **de necessitatibus meis**
Gregorius 20 libro moralium Natura hu
erue me mana condita est sed ad infirmitatem
vicio proprie voluntatis lapsa in calamitate cecidit
quia pressa minimis necessitatibus nichil in hac vi
ta nisi unde affligeretur invenit Crebro enim se
duccionis occasione inventa dum necessitati debita
reddimus voluptatis vicio deservimus et infir
mitatis velamine ante discrecionis oculos ex
cusacio nostra se palliat ac quasi sub prouinio ex
plende utilitatis occultat Unde sancti viri in
omne quod agunt studiosissima intencione dis
cernunt ne quid plus ab eis nature sue infir
mitas quam sibi debetur exigat ne sub necessita
tis nomine in eis vicium voluptatis excrescat
ac contra reprobi gaudent in hiis corrupcionis

semen .i. opus quod hic sancte vivendo seminavit

Anchora mentis pondus timoris timor domini fiducia fortitudinis

Facile evadit laqueos in terris qui semper habet oculos in celis

Tribulatur iustus intus in corde

Sancti viri in omne quod agunt studiosissima intencione discernunt

cum reficien dum a bo nature ser viunt

peccata que per infirmitatem admitto

custodi ne declinem ad imitacionem eorum

expectans ventilacionem ultime messis

sue necessitatibus quia inimicum eas ad usum vo
luptatum retorquet Cum enim reficiendum ci
bo corporibus nature serviunt per delectacionem
in gluviem descendunt Cum tegendis menbris
vestimenta querunt non solum quod tegant sed etiam
que extollant et per colorem oculos seducant et
contra corporem frigoris non solum quod muniant
sed etiam que per molliciem delectet et tactum
mulceant expetunt Necessitatis enim causam in
usum voluptatis vertere quid est aliud quam mise
re infirmitatis sue squalorem et viciorum saciare
De quibus necessitatibus vir iustus **vide** idest pro
tus postulat liberari atque subiungit hu picius respice
humilitatem meam in cordis contricione **et laborem**
meum idest laborem corporis in satisfac
cione Augustinus. Et hiis sacrificiis placatus **dimit**
te omnia peccata mea que per infirmitatem vel
vite huius caliginem ad
mitto Sequitur vox
ecclesie. cassiodorus **Respice inimicos meos**
pro ipsis orat ut recedant et convertantur quia
quos ille respicit sine dilacione convertit Sicut
in evangelio petrum dominus respexit ut fleret
Et quia multorum perdicio sine maximo dolore
non potest susti
neri subiungit **quoniam multiplicati sunt**
Augustinus. Non solum foris sed etiam in ipsa intus
ecclesie communione non desunt
inimici et falsi fratres. **et odio iniquo**
oderunt me quia oderunt me diligentem
se et hoc est odium non equum
custodi animam meam ne declinem ad
imitacionem eorum **et**
erue me a prolixitate que
michi miscetur **non confundar**
si forte insurgit
adversum me. **quoniam speravi in te** quia nullus
speravit in
domino et confu
sus est Cassiodorus **innocentes** qui nullis mun
danis conver
sacionibus
polluuntur. **et recti** qui divino munere a
peccatorum laqueis absoluti **ad**
heserunt michi Augustinus. idest non tantum presencia corpo
rali sicut mali miscentur michi sed
consciencione cordis in ipsa innocencia et rectitudi
ne vite michi adherent Et non
deserui ut imitarer malos cassiodorus **quia sustinui**
te idest propter te passa sum in hoc mundo frequenter
angustias Augustinus expectans ventilacionem
ultime messis tue idest iudicium extremum in quo
malos segregat
bis a bonis. **libera deus israel** idest populum
tuum quem pre
parasti ad vi
sionem tuam. **ex omnibus tribulacionibus**
suis corporalibus et spiritualibus non tantum quas
foris sed etiam quas intus tolleraт cassiodorus
Audiamus quemadmodum adhuc in angustiis huius
mundi posita in hoc psalmo ad liberatorem cla

met ecclesia et desinamus tribulaciones nostras impacienter ferre cum ipsam mecum constat pro nobis grauissimas angustias sustinere. collector Studeamus itaque karissimi animas nostras ad deum leuare fiduciam nostram in ipso ponere humilia et alta eius mandata discere ut mereamur in veritate dirigi et sapiencia ipsum qui est deus in mente intueri ac per eius misericordiam a delictis iuuentutis et ignorancie eruamur ut mansueti et mites fi vias nostre et veritatis sectemur atque emundati per propiciatorem deum a cotidiano peccato timeamus cum sicque in via que est christus constituti possideamus legem gratie eius per quam in bonis demoremur et hereditate perfruamur eterna. Interim habentes deum protectorem ad quem mites oculos dirigamus donec eleuamur de laqueo huius mundi et per suam misericordiam a cunctis tribulacionibus liberati eo contemplari mereamur cum gaudio in sua maiestate dominum nostrum ihesum christum qui cum patre et spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum amen

studeamus animas nostras ad deum leuare

donec eleuamur de laqueo huius mundi

Iudica me domine quoniam

Titulus psalmus dauid. ieronimus Non intelligitur hic christus qui est mediator dei et hominum sed vir perfectus qui petit in futuro se parari a malis loco a quibus in presenti vita secu gitur merito intencione monet vitari consortia iniquorum et illegi iniustis quia ex gentium mores formantur unde dicit. Iudica me domine hugo Iudicio discretionis et diuide me a malis cassiodorus periculosa quedam iudicii videtur esse petitio sed sequestracio malorum que fit in examine domini cognoscitur a bono merito competenter optari Quapropter hic non detestabilis arrogancia meritorum sed iusta petitio fideliter sentiendi ut sequestretur a pessimis ne cum ipsis habeat portionem postulat ergo vir iustus dei iudicia quia certus erat de dei misericordia hugo Causam vero sue petitionis subiungit dicens quoniam ego in innocentia mea ingressus sum scilicet viam iusticie augustinus idest quam per misericordiam quam michi tu dedisti innocencie mee habeo aliquod meritum cuius viam custodiui Et propter hoc in domino sperans et non in me non infirmabor hugo videlicet corpore constitutus inter peccatores perseuerabo in bono opere augustinus Translacio hebraica habet Iudica me deus quia ego in simplicitate mea ambulaui et in domino confidens non deficiam proba me et tempta me cassiodorus Cur iste vir sanctus petit se debere temptari cum in diuina oratione sit positum ne nos inducas in temptationem Sed sciendum quod due sunt temptaciones vna domini qua bonos temptat ut eos competenter erudiat Altera dyaboli est que semper ducit ad mortem de qua precamur ne in eius partes inducamur unde ergo vir sanctus petit dicens. proba me et tempta

sequestratio malorum quod fit in examine domini cognoscitur

corpore constitutus perseuerabo in bono opere

me gregorius Ac si aperte dicat prius vires respice et tunc ut ferre valeam temptari permitte. cassiodorus Hoc enim non presumptiue dicit sed emendationis gratia fieri postulat Nam qui ille perscrutatur et temptat facit nos intelligere peccatum nostrum et ad fructum penitencie perueniremus aliquando scilicet nulla nos in hoc seculo aduersitate commoueant sub neglectu relinquimus ea pro quibus satisfacere deberemus nycholaus Et quia ad perfectam innocentiam requiritur mundicia cordis et corporis. ideo subditur Ure renes meos preseruando me a peccatis carnalibus et cor meum. preseruando me a peccatis spiritualibus Deinde ostendit cur temptacionum pericula non timebat dicens. quoniam misericordia tua ante oculos meos ipsam iugiter meditando augustinus qua me ad eternam vitam perduxisti et complacui cassiodorus Complacere autem est cum sanctis domino eterna gratia promereri. in veritate tua idest in te qui es veritas Deinde enumerat que domino largiente peregit unde se placuisse testatur dicens. ieronimus Non sedi cum consilio vanitatis idest non sum coniunctus hiis qui de terrenis cogitant semper et loquuntur. cassiodorus fieri enim potest ut homo sanctus casu aliquo veniat ad consilium iniquorum ubi scilicet incongrua vel vana referuntur Sed dum talia cognouerit neque cum eis sedet neque delatione aliqua commoratur sed prauum studium aut dissuadet aut deserit Et propter cum se prius negasset sedisse cum malis modo se profitetur non introisse cum pessimis dicens Et cum iniqua agentibus non introibo ante enim tractatum ipsorum vitauit postmodum facta deseruit Introitur ad scelus cum aliquid audacter incipitur hunc introitum vir sanctus a sua ostia profitetur alienum Odiui ecclesiam idest congregationem Et societatem malignancium Odium sicut dilectionem sicut est in amore collegium. et cum impiis non sedebo. Superius dicit se in vanitatis consilio non sedere vani sunt qui caducis inquisicionibus occupantur et in superflua narratione tempus consumunt Impii autem heretici sunt qui questionibus perfidis scripturas diuinas dampnare contendunt. hos ergo utrosque dicit monet esse fugiendos quia illi superfluitates diligunt Isti tela peruersitatis infigunt. lauabo inter innocentes manus meas potest talia loqui qui caput suum sequitur christum qui terrena despicit et celestia concupiscit Sicut apostolus ait. Nostra conuersacio in celis est Spiritualiter manus lauat inter innocentes quisquis actus suos lacrimabili satisfactione diluit et facta propria studio bone conuersationis emendat nycholaus p

quod ille perscrutatur et temptat facit nos intelligere peccatum nostrum

Enumerat que domino largiente peregit

Ante tractatum ipsorum vitauit post modum facta deseruit

Impii heretici sunt qui questionibus perfidis scripturas diuinas dampnare contendunt

p manus signant opa eo q manus e organu organoru

cassiodorus
adlucet corporalem corporaliter illuminatur sic accedens

tantum mundanis operibus sed vitiorum ubertate
vacuatur orando ad dominum clamavit devote et accedens
Et dominus exaudivit eum quomodo exaudivit eum sequitur et ex
omnibus tribulationibus eius salvavit
eum quod accidere solet iustis qui in sancta conver
satione morientes animas reddunt et sic
de seculi istius clade confusa ad securitatem
perpetuam transferunt. Et ne crederetur dominus
fideles suos negligere posse presenti eos oraculo
consolatur Ideo subiungit Immittet sed usque orabit. angelus domini
in circuitu timentium eum videlicet dominum et eri
piet eos ionius Vallabuntur ergo presidio an
gelico qui de cordis puritate timu
erunt deum cassiodorus propter quod enim insolentia
humane fragilitatis non palam facit sed oc
cultis immissionibus operatur ut te nesciente pro
salute tua quam expedire possit accipias An
gelus autem minister est voluntatis divine
Qua propter si vis te angelum fieri fac quod pre
cipit ut liberes periclitantem subvenias auxi
lio eripias innocentem etc que iubet divina
autoritas Tunc enim spiritu angeli sumus qui
ministri superne voluntatis efficitur Deinde re
dit ad dominum sanctissimam orationem dicens gustate hoc non perti
net ad palatum
sed ad anime suavissimum sensum qui divina
contemplatione saginatur oculo fidei
Nam ut ipsum gustum intelligeres sequitur et videte
ut cum tale corpus accipimus vite nobis con
cedi gratiam confidamus Et ut ipsam commun
cationem non ad cor
pus sed trahens subdit quoniam suavis est dominus
nycholaus Et quia pregustatio divine dulcedinis
auget spem future
beatitudinis Ideo subdit Beatus vir qui sperat in eo
et non incerto divitiarum neque in homine mor
tuo augustinus hoc quid opus est diu exponi quisquis
non sperat in domino miser est hugo Et ne
spes in presumptionem
luxuriet Ideo subdit timete dominum omnes sancti eius
ieronimus Qui firmi status in promissis eius timore
ne accepta securitate decipiantur cassiodorus Sed quid
utilitatis timor eius
habeat auctor ostendit dicens quoniam non est inopia.
spiritualium bonorum. timentibus eum O brevis sinapis O in
mensa promissio preter
aliquid egere quibus dicitur quibus salus corpo
ris quibus regna tribuuntur solus ipse nichil in
diget qui dominum timore ditatus est nycholaus Ex hoc
enim quod sentit in se dei gratiam sufficit ei deus
pro omni bono. primo alia bona ei decipiunt
et vilescunt nisi quantum necessitas exigit Ergo e
de cupidis huius mundi quibus omnia deficiunt

propter q subditur **diuites eguerunt** q summum q dicit Ioh[annes] in epistola ad paulinum antiquum dictum est Auaro deest tam q habet tanq q non habet Ideo subditur **et esurierunt** quia non audent frui bonis habitis sed ea reclinquunt alys **inquirentes autem dominum** fide et deuotione **non minuentur omni bono** quia habundant in bonis spiritualibus temporalia vero bona quantumcumque modica eis sufficiunt ymmo pro diuitys conputantur Vnde dicit apostolus i ad thi 6° habentes alimenta et quibus tegamur hys contenti simus Et ioh[annes] in epistola ad paulinum victus et vestitus diuicie sunt xpianorum.

Aliter ionicus Multi sunt nimidi locupletes et egent gloria dei de quibus fuit et diues ille ante cuius ianuam lazarus decubebat qui siciens in tormentis quia non fecerat misericordiam non meruit accipere guttam Inquirens autem lazarus non purpuras sed celestia regna meruit in sinum abrahe bonis omnibus adimpleri nych[olaus]. deinde hortatur fideles ad bonum vite active que consistit in vitacione peccati et in operatione boni ad proximum Et quia timor domini facit vitare peccatum Ideo subiungit **Venite fily** per desiderium discipline **timorem domini docebo vos** qui est inicium sapientie iustorum ionicus Sancti fily dei dicuntur Iuxta q dictum est in euangelio Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri nycholaus **Quis est homo qui vult vitam** scilicet eternam in qua nullus moritur. **et diligit dies videre bonos** in beatitudine celesti vbi dies non interrumpentur noctibus facias supple quod sequitur **prohibe linguam tuam a malo** blasphemie et contemptus dei ac similium **et labia tua ne loquantur dolum** scilicet deceptionis detractionis et falsitatis quantum proximum **diuerte a malo** vitando peccatum operis **et fac bonum.** Iste sunt due partes iusticie ionicus Mala omnia a dyaboli instinctu procedunt sicut bona a dei gratia Relinque ergo que instigat dyabolus et operare que precipit xps quia ad consequendam vitam eternam non sufficit tamen a malis actibus abstinere nisi nos pietas compellat et bona peragere Nam primus virtutis gradus est aliena non querere Est item superior egentibus propria non negare In illis quasi parum refugimus in isto palmam pietatis acquirimus Sacris autem prophetia in hoc agone seculi cum corpore pacem fidelissimos non habere et cum suis vicys hic illis continuum esse certamen pulcre tamen subiungit **inquire pacem** que est summum bonum in hac vita

Hugo. vel pacem inquirit idest interius in conscientia quere quia exterius non est nisi bellum et turbacio vnde ioh[annes] 16° In mundo pressuram habetis in me autem pacem **et persequere eam** idest perseueranter sequere vt conprehendas eam nycholaus Quod fit quando per bona opera homo ad pacem eternam pertingit/ deinde agit de fructu bonorum operum et malorum et primo narrat premium iustorum dicens **oculi domini super iustos** quasi super spiritualiter dilectos cassiodorus In quo continua diuinitatis gratiam ostendit vt aspectus inmobilis super eos esse videatur subiungitque exaudicionis velocissima celeritate dicens **et aures eius in preces eorum** ieronimus Quod rogant sancti de bono exaudit illos quia deus et vidit et audit nos propterea nos faciamus voluntatem eius cassiodorus Exposita iustorum gratia nunc conuertitur ad penas malorum dicens **vultus autem domini** nycholaus scilicet ire et turbacionis **super facientes mala** ad puniendum eos Ideo subdit **vt perdat de terra** viuencium. **memoriam ipsorum** cassiodorus quia non erit iniquorum inter iustos commemoracio Nam qui de memoria domini exeunt ad eterna supplicia sine dubitatione perueniunt nycholaus et aliquando etiam perdit memoriam eorum de terra presentis vite que est molencium quia post eorum vita non remanet fama sed infamia de eis Vnde prouerbiorum x° dicitur de eis Memoria iusti cum laudibus et nomen impiorum putrescet ionicus quod de auribus oculis et de vultu dicuntur non corporationem deitatis sed ad maiestatis potenciam referenda sunt Iterum consequenter redit ad iustos subdens nycholaus **clamauerunt iusti** deuote orando **et dominus exaudiuit eos** promouendo eos in bonis **et ex omnibus tribulacionibus suis liberauit eos** protegendo eos a malis spiritualibus augustinus :- dicat aliquis ego clamaui et non me eruit aut non sum iustus aut non facio que iubet aut forte me ille non videt Noli timere tamen fac q iubet et si non eruit corporaliter eruet spiritualiter nycholaus Sepe enim etiam dominus liberat iustos a tribulacionibus corporalibus sicut liberauit danielem de lacu leonum et tres pueros de camino ignis vt confunderet carnales/ perfecte tamen liberat eos quando ducit eos ad requiem de malis vite presentis sicut fecit omnes martires **Iuxta est dominus** videlicet auxilio et non loco quia deus non est localis ionicus **hys qui tribulato sunt corde** nycholaus quia semper paratus est aut eos adiuuare liberando vel virtutem paciencie tribuendo ad maius meritum eorum ioh[annes] **et humiles**

spiritum saluabit. ut eis celestia regna largiatur. **Multe tribulaciones iustorum** *cassiodorus* quia eos dyabolus validius insequitur Et homines per inuidiam ipsos frequenter in fligunt Quod aliquando dominus promittit ut per pa ciencie meritum veniat ad maius premium. Ideo subdit: *nycholaus* **et de omnibus hys liberauit eos dominus** quia translati ad requiem liberantur ab omnibus vite presentis periculitatibus **Custodit dominus omnia ossa eorum** *cassiodorus*. Ossa fidelium dicit paciencia esse mansuetudinem ceteras que virtutes que petrix in sanctis nequiunt que a domino custode seruantur Unde subdit **unum ex hys non conteretur.** hoc ad litteram non potest affirmari Cum multorum martirum ossa confracta sint sed virtutibus ut dictum est *nycholaus* quas dominus custodit illesas finaliter in electis suis **Mors peccatorum pessima** Mors peccatorum decedencium in mortali peccato a qua non est possibilis conuersio quoniam in gehenna sine fine torquebuntur. *augustinus*. Attendite fratres quomodo dominus respiciat mala cogitantes et dicentes Ille male mortuus est cum iustus esset a bestys asumptus est Non erat ille iustus ideo male perijt nam non periret si iustus esset / ergo ille iustus est qui in domo sua in lecto suo moritur / audi deum Mors peccatorum pessima que tibi videtur bona pessima est quia licet vides iacentem in lecto numquam vides raptum ad gehennam *cassiodorus* Mortem ergo peccatorum dicit illam que ab homine non potest intueri Nam si ad istam mortem respicias quam nostris oculis patet frequenter inuenis diuites peccatores pomposis apparatibus decenter efferri quos sic familia plangit ut pios fuisse humanis auribus menciatur. Quid de preciosis referamus odoribus quibus et post mortem eorum mensura corpora condiunt: quod tanto studio tanto apparatu peragitur ut in funeribus ipsorum superstitum vita reteretur *augustinus* Quali enim morte est mortuus pauper lazarus docet euangelium Nam viderat corpus eius iacere ante ianuam diuitis et non est qui sepeliret quasi forte diceret sic moriatur inimicus meus et illum qui me persequitur sic videam Execratur corpus sputo patent vulnera et ille in sinum abrahe requiescit. *cassiodorus* Nota enim pompa ut cernimus purpuratus ille diues ad sepulturam perductus est qui guttam aque frigide a lazaro paupere postulauit *augustinus* Discite ergo quod sit mors peccatorum pessima et nolite interrogare quantis pomposi tatibus sepeliebatur cadauer Sequitur **et qui oderunt iustum delinquent** *nycholaus* quia odium fraternum est occasio multorum malorum Sicut econtrario amor proximi est causa bonorum quia qui diligit proximum legem impleuit ut

habetur ad Romanos 13. **Redimet dominus animas seruorum suorum** hoc fuit impletum in christo domino qui nos redemit sanguine suo precioso **et non delinquent** finaliter **omnes qui sperant in eo** spe formata caritate que prouenit ex gracia et meritis et hoc intelligendum est de predestinatis *augustinus* Iste est modus humane iusticie ut vita mortalis quantumlibet proficiat que sine dilecto esse non potest in hoc non delinquat ut sperat in eum in quo est remissio peccatorum *cassiodorus*. peracta sunt post huius sacrosancta misteria ubi sic missarum ordo completus est ut eum conscriptum putes temporibus christianis hic etenim hymnorum ordo decursus est / hic ad communionem deuotus populus iubetur accedere hic etiam genus humanum et iustorum bonis inuitat et malorum delacione terretur: *collector* hic fideles quoque ad laudandum omni tempore dominum inuitantur quem suppliciter exoremus ut ipse nos faciat sic prospera mundi despicere nullaque eius aduersa formidare quatinus ad gaudia sempiterna mereamur peruenire per eundem christum dominum nostrum qui est benedictus in secula seculorum Amen

Iudica domine nocentes me Titulus est dauid psalmus ipsi dauid *cassiodorus* dauid sicut dictum est duas significaciones complectitur videlicet manu fortis et desiderabilis quod utraque domino saluatori certum est conuenire Manu fortis est quia mortis nostre captiuitatem cum impio auctore dyabolo prostrauit *iohannes* tetigitque loculum et surrexit iuuenis filius vidue qui et fecit omnia desiderabilis est quia in tantum desiderant sancti videre christum ut etiam corpora sua pro ipso tradant in martirium Est enim psalmus iste inuocans deum contra inimicos in tribulacionibus huius seculi *glosa* In quo christus loquitur nunc in persona sua nunc in persona corporis idest fidelium suorum *nycholaus* Et primo christus loquens secundum suam humanitatem petit a patre seu tota trinitate auxilium protectionis et dicit **Iudica domine** iudicio condempnacionis **nocentes me** *cassiodorus* idest dyabolum cum ministris et sequacibus suis per quos peruenit iudaice voluntatis iniquitas ipsos petit debere dampnari quos virtute presciencie sue nouit ad penitudinis remedia non venire **expugna impugnantes me** Merito spiritus immundi impugnatores dicuntur quia licet sanctos vincere nequeant contendere tamen cum eis improba voluntate non desinunt **Apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium michi** *nycholaus* loquitur de deo more humano quo aliquis volens auxilium prestare alienis munit se armis ad inuadendum et scuto ad defendendum

ionis Arma domini protectio diuinitatis est augustinum est de quo in alio psalmo dicit domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos ionis Magnum spectaculum est videre deum armatum pro te Quid foras quid pulcrius quam xpm armatum stare pro suis sanctis Glosa **effunde frameam** idest multiplica vindictas **et conclude** idest conclusionem fac **aduersus eos** ne euagentur nocendo. **qui persecuntur me** videlicet visibiles et inuisibiles hostes collector hunc translacio hebraica versiculum sic habet **Euagina gladium et preoccupa ex aduerso persequentes me** hugo Et quia inuisibiles hostes suggerunt humano cordi nisi quia deus non est nobis adiutor ut requirentes alia adiutoria inueniamur inualidi et ab ipsis capiamur inimicis Contra quos dicit hic **dic anime mee** per reuelacionem interiorem **salus tua ego sum** ut neminem preter te in adiutorium requiram in istis temporalibus angustiis per angelum subuenit deus et per hominem sed eternam vitam non dat nisi de se collector deinde postulat correctionem hominum inimicorum dicens **confundantur** idest facta sua erubescant **et conuertantur.** idest emendati volant quod persequendum esse putauerunt **querentes animam meam.** idest vitam meam perdere et non imitari **auertantur retrorsum** a malis suis ut corrigantur Nam et xps petro qui salutem eius humanitus vindicabat dixit Redi retro me sathanas non ut periret sed ut domini voluntatem felici emendacione sequeretur addiditque **et confundantur.** idest erubescant de suis prauis actibus **cogitantes michi mala** tam iudei heretici quam gentiles qui preter religionem catholicam asserere aliqua praua intencione festinant hugo deum xps vel propheta imprecatur prophetando et non optando hominibus pertinacibus mala que secuntur. Unde dicit augustinus fiant tanquam puluis ante faciem venti ventus temptacio est puluis iniquitas glosa Ex dictis augustini acsi dicat facile omni cedat temptacioni **et angelus domini** malus id est dyabolus **coartans** idest affligens **eos** cum ipsa suggestione et si quis per racionem resistat **fiat via illorum** idest vita eorum **tenebre** idest ignorancia ut non videant **et lubricum** idest luxuria ut hiis viciis tanquam quibusdam viis in barathrum mortis descendat **et angelus domini** ina psic **eos**

etiam persequens ut quia in lubrico sunt dyaboli impulsum semper ad vicia cadant Et si quis querat quo merito sunt eis tanta mala inde generaliter dicens **quoniam gratis** et est specialiter vox xpi de iudeis quoniam gratis hoc est quibus non nocui. **absconderunt** scilicet iudei **michi interitum laquei sui** idest insidias faciebant michi ut me ad mortem traherent et bene dicit laquei sui ionis quia semper hoc ipsi semet ipsos laqueauerunt in morte. **superuacue** hugo idest inutiliter vel sine causa **exprobrauerunt** idest obprobriose et contumeliose accusauerunt **animam meam** idest vitam meam corporalem ut me morti traderent gl **veniat illi** populo iudaico **laqueus** captiuitatis **quem ignorat** futurum esse ionis Excidium illud minatur quod temporibus vespasiani super hunc populum aduenit Glosa: **Et captio quam abscondit** videlicet michi **apprehendat eum** idest simulter a tito capiatur et vespasiano ex improuiso sicut me ceperunt **et in laqueum mortis cadat** dictus populus **in idipsum** scilicet laqueum videlicet ut eodem modo interficiantur sicut me interfecerunt augustinus Nonne hoc factum est iudeis michi nocere volentibus **anima mea exultabit in domino.** videlicet in eo a quo audiet **salus tua ego sum** tanquam non querens extrinsecus alias diuicias nec circumfluere voluptatibus bonisque terrenis sed ipsum amans gratis **et delectabitur super salutari suo** idest in xpo filio per quem saluati sumus **omnia ossa mea dicent** cassiodorus ossa non sensum nec vocem habere manifestum est sed per ipsa fortitudo animi et constancia mentis deberet intelligi que merito ossibus comparantur quia sicut ossa corpus continent Ita et hec roborant voluntates **quis similis tibi** quis negatiuum est quasi dicat nullus quia multum dissimilis est creatura creatori Illa seruit Iste dominatur. **eripiens inopem de manu fortiorum eius** idest spirituum inmundorum **egenum et pauperem a diripientibus eum** hoc est a demonibus In isto versu exponit quod supra dixit quis similis tibi Nam cum dyabolus manu idest potestate sua teneret pene totum genus humanum de illa potestate obnoxium idest obligatum vel reum constat incarnacione ubi fuisse liberatum hec tria scilicet inopem egenum et pauperem in unum sunt

collecta ut ipsam condicionem generis humani in pressam calamitatibus indicarent. Inops enim dicitur quia mortalis effectus est. Egenus quia in laboribus et sudoribus panem quesiuit pauper quoniam de illa sapiencia et puritate deiectus solam terrenam et umbratilem caducitatem possidebat. Nam quis dicat eos vero sapuisse qui auctorem sui probantur sciam non habere. hugo Deinde ostendit propheta in persona Christi quod maligne iudei egerunt adversus Christum dicens **Surgentes testes iniqui** de quibus dicitur Mt 26 Cum multi falsi testes iniqui accessissent etc. **que ignorabam interrogabant me** ionnis Ignorabat enim dominus blasphemare quod ei princeps sacerdotum scissis vestibus imputabat quando dixit Videbitis filium hominis sedentem a dexteram patris et subsecutus est princeps iudeorum blasphemauit Quid adhuc egemus testibus. Ignorabat ergo dominus mentiri et blasphemare de quo fuit interrogatus ieronimus. Retribuebant michi mala pro bonis quia exhibente me vitam condempnauerunt morti et similiter retribuebat **sterilitatem anime mee.** idest michi quia fecunditatem bonorum celestium promittenti vite penuriam idest mortem intulerunt hugo: **Ego autem cum mihi molesti essent** scilicet iudei clamantes crucifige crucifige eum **induebar cilicio humiliabam in ieiunio animam meam** Bedam historiam nusquam legis dominum fuisse usum cilicio nec ipsum tempore passionis ieiunasse. Cilicium fit ex setis et est asperum tegumentum penitencium. ergo dominus qui carnem peccati assumpsit cilicium se induisse commemorat. Quia dum iudei per contumelias et insidias ei essent molesti ille diuinitatem suam carnis velamine tenebrosis mentibus occultabat quia non merebantur agnoscere quem tali impietate tractabant. Et humiliauit se dominus in ieiunio quoniam de induratis iudeis non inueniebat quos in epulas spirituales assumeret. Ieiunauit ergo dominus quia se ei incredula turba subtraxerat scilicet. **Et oratio mea** quia pro crucifixoribus meis oraui dicens pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt **in sinu meo conuertetur** quia dum eam detestabiles iudei minime suscipere mererentur in sinum eius idest in secreto pectoris unde fuerat egressa remeabat. Si enim in pectoribus fuisset operata non conuersa utique sed diceretur effusa. **quasi proximum quasi fratrem sic complacebam** hic pro ablatiuis accusatiui casus sunt positi per figuram que dicitur antithesis quando casus pro casu ponitur. dicit ergo quasi

de fratre meo sic complacebam idest de eorum affinitate gaudebam qui me hostiliter insequebantur et etiam complacebat in illis deo patri quando pro ipsis patri in cruce positus supplicabat. Ipsa est enim perfecta retribucio si pro odio gracia et beneficium pro lesione persoluetur. hugo **quasi lugens et contristatus** de peccatis eorum **sic humiliabar** compaciendo eis. Rugiebat Christus ut dicitur luce 19 videns ciuitatem ierusalem fleuit super eam. Beda domino flente illi letabantur unde subdit. **Et aduersum me letati sunt** quando iudas promisit me traditurum Mt 26 **et conuenerunt** ad tractandum de morte mea Mt 26 cassiodorus Cum Christus dominus pie contristaretur iudei impia libertate letabantur. Beda diuersa erit ista retribucio Christus gaudebat de tristicia sua et iudei erunt de propria exultacione cruciandi. hugo: **congregata sunt super me flagella** quia Christus fuit flagellatus **et ignoraui** idest ad modum ignorantis me habui ionnis vel ignoraui peccatum idest conscientiam peccatorum non habui quare deberem sic flagellari et crucifigi. cassiodorus **dissipati sunt** quando in passione domini sol obscuratus est terra contremuit velum templi scissum est. Et hec tanta fuerunt ostensa miracula **nec compuncti** idest non sunt conuersi ut agerent penitenciam **temptauerunt me** quando dixerunt dic nobis si tu es Christus **subsannauerunt me subsannacione** dicentes alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. **frenduerunt super me dentibus suis** ex crudelitatis magnitudine clamantes crucifigatur. hoc totum ad magnam humani generis edificacionem refertur ne membra sibi existiment onerosum pati quod caput suum sustinuisse cognoscat hugo postea petit Christus se liberari ab eis in resurrectione dicens **Domine quando respicies me** ab ipsis liberando **restitue animam meam** corpori in resurreccione **a malignitate eorum** liberatam **et eciam a leonibus** idest a iudeis qui dicuntur leones propter fortitudinem mali // **unicam meam** idest animam meam unitam carni sue ut carnem meam que sola accepta fuit sine peccato. Deinde Christus percepto munere resurrectionis profitetur se in toto orbe domino confiteri dicens. **Confitebor tibi domine** confessione laudis **in ecclesia magna** quia in toto mundo diffusa et ex omni gente collecta **in populo graui** idest in fideli populo

xpiano firmiter pcept custodienti qui nō ē leuis ad peccādum cassiodorus laudabo te quia a leuibus et fide vatus vtiqz blasphē tur hug° postea petit xps vt inimicis et votum iudeoꝝ inimicoꝝ suo rum frustretur dicens nō supgaudeant michi nomen meū deledo Gauisi sunt quip pe in morte domini Sed supergauisi essent si non resurrexisset qui aduersāt. m iniq idest persequen tur me iniuste qui oderūt me gratis quia non merui nec eis nocui et et annuūt oculꝰ idest nu tibus et signis alios inuitat ad me temptandū et perse quendum deū predicat. iudeoꝝ nephanda do lositas cū subditur qm m quidē pacifice loqbāt et tamen sic loquentes cogitabant dolos Quō me caperent in sermone et i iracūdia terre idest pro terrenis bi tis .s. ne amitterēt locum et gentem vt dr Joh xi° Translacio romana habet et sup iracūdia dolose cogitabant et dilatauerunt sup me os suū qn clamauerūt crucifige cassio9. O scelestum et prauum facinus negabat Judex fieri qd° populus clamabat implere. dixerūt euge euge viderunt oculi nrī ionī9 Acsi dicant bene videmus qz ex pectauimus qz videre volebamus vt videlicet cum latronibus in cruce pendēs ille virtutes quas faciebas nichil erant Euge i h° loco ē increpatio deridentis cassio9 Et qmuis euge euge dixisse in euāgelio non legatur similia tñ insultacionū verba locuti sīt vt vna res per sermo num varietates probet narrata collī In trāsla cione hebraica habet vach vach vidit oculus nr. Enumeratis pctīs inimicoꝝ petit retribu tam sibi pro paciencia qz illis p nequā vñ dr ionī9 vidisti domine pater .s. illusiones eoꝝ Acsi dicat vidisti illos ad videndum te in tes timoniū aduoco cassi9 ne sileas idest non differas dare sniam qz vtiqz tacendo non potest fieri s loquēdo dñe ne discedas a me idest ab humanitate mea que subiacet passioī s pciis exurge i adiutoriū meū et itende iudi. meo qd° pertuli a iudeis videlicet iudiciū sine iure tor menta sine scelere mortem sine peccato bene dic it meo qd° vere ra pertulerat. deus meꝰ et dñs meus respice i cām meā et non in penā meā pena enim sceleratis videbatur esse consimilis Causā vero talis ī nullo poterat ēē s sed q est ista causa q adeo pe

tebatur mundi .s. vt q dare venerat salutem hu mano generi ab iniquis et perfidis probaret occidi augꝰ Judica me dñe fm iusticiā tuam dñe deus meus idest fm causam meā et non fm penā ieroni9 et nō supgaudeāt michi idest nō pate fiat vltra os praui eoꝝ ad me deuorandum cassio9 Vnde in translacione hebraica sic habetur et non insultent michi sicut iam fecerunt hug. nō dicāt i cordib9 suis euge euge aīe nostre gaudētes de mea mor te et me deridentes sicut prius fecerant nec dicant cōmu nādo deuorabimꝰ eū .s. non iactent se qz extinx erunt nomē suū sed potiꝰ erubescant de peccatis suis augꝰ Qui eru besc it actus suos propā estima cione dapnāt et reuereāt. simul idest omnes tñ aut penas ioni9 qui gratulāt malis meis idest non solum qui faciunt sed eciā qui con senciūt facientib9 cassiodor9 induātur pudore quasi quadā veste lugubri contra audaciam quam habuerunt facientes et similiter iduāt reuerencia contra impudenciā falsitatis Re uerencia ē timor cum amore peramicis qz ill sonuerunt qui voluntate sincerissima confessionis munera offerūt Et addit hugo. q maligna locuntur su per me detrahendo vel iactādo cum dicunt euge euge postqz de persecutoribus sufficienter dictum est venit ad partem fide lium optans eos supra beatitudinis exultaci one compleri vnde dicit exultent i corpore et letentur i spiritu qui volūt iusticiā meā imitari que fuit in me de qua mt° h° d. bti qui esuriūt iusticiā et dicant semp magnificet dns in nobis glosa idest vsqz i finem seculi magnifi cetur sicut iam magnificatꝰ ē in conuersi one quorundam. glosa hyc at dicit qp magnificet. dñs q volūt pacē serui eius idest patem patris qm xps pro parte carnis seruus dei patris habu it et seruus suis reliquit dicens Joh° 14° pacē relinquo vobis pacem meam do vobis sed et ligua mēa meditabit iusticiā tuā glosa: Meditacio ē cord° nō lingue sed ita vox xpi consonat cordi vt qd° est cord° detur oī cassi9 lingua xpi meditata ē iusti

ciam quando nouū testamentum propheta p-
dicauit hugo
Et vir iustꝰ dꝛ **lingua mea meditabi**
iusticiā tuā idest loquitur de tua iusticia
qua corpus fuit meditatū
sequitur cassioꝰ Sed quia humanitati īpossibi
le videtur deum continua voce laudare ad in
tellcā nos bonoꝝ actuū transferamꝰ quia sp
deum laudat qui in omni voluntate sua diui
na iussa considerat augꝰ: qn cātitas hymnum
cantat lingua tua laudat deū et quociens tu
cessasti ab hymno cantando discedis vt reficiaris
noli inebriari et laudasti deum. discedis vt
dormias noli surgere ad male faciendū et lau
dasti deum Negociū agis noli fraudem facere
et laudasti deum Quod egeris bene age et lau
dasti deum cassioꝰ Consideremꝰ xp̄m dominum
quanta nobis dispensacione loqui dignatꝰ ē ī hoc
psalmo qui est secūdꝰ eoꝝ qui passionē et resur
reccionem eius latius intimare noscuntꝛ fecit
enim ab oracione principiū dein passionis et re
surreccionis sue ventura narrauit postremo fi
in spe et exultacione Quapropter exemplo domini
gaudeamꝰ in cladibus exultemꝰ quatinꝰ vale
amus corregnare ipso domino nr̄o ihū xº qui cū
patre et spū scō viuit et regnat ī scl̄a scl̄oꝝ Amē

Dixit iniustus vt delinquat
Titulus talis est In finem seruo do
mini dauid Ex glosa in hoc psal
mo ostenditur omnia bona esse non a nobis
sed a deo Mala autem a nobis Et agit propter
contra errorem dicentium mala esse ex constella
cione ex fato ex vicio nature bona autē ex ho
mine et libero arbitrio Vnde sensus tituli ta
lis ē psalmus tendens in fine attribuitur
dauid idest iusto seruo domini de deo recte
senciente cassioꝰ In primis enī ē sciendū q̄ sūt
duo genera peccancium vnū q̄ credēs legi per
infirmitatē carnis non valet q̄ sunt iussa comple
re de quibus dicit salomon Sapiē 9. Corpꝰ
enī qd̄ corrūpitur aggrauat aīam et deprimit
terrena inhabitacio sensum multa cogitantem
Aliud vero ē audax desperatū blasphemū qd̄ si
bi proponit libera volūtate delinquere contempnens
omnia sibique remuneracionis putat deū non cura
re mortalia Quapropter dicit iste talis apud se re
scelerata qm̄ publice non ausus ē profiteri Et
ideo deliberādo
et cogitando. **Dixit iniustus** videlicet
gens iudeorum **vt**
delinquat libere
peccādo **in semetipso** hoc cogitaū
quia meciū
iudicias abiciendū
decreuit vnde subditꝛ **nō ē timor dei ante**
oculos eius hugo quia si esset ante oculos
mentis eius non peccaret
Vn̄ ecc̄ primo dꝛ Timor domini expellit pctm̄
Et prouerbioꝝ 16º Per timorē domini declinat

omnis homo a malo Nec potest hoc genus per ig
norancia
excusari **qm̄ dolose egit ī cōspcū eius**
idest in corde suo vbi
solus deꝰ videt glosa **vt inueniatur iniqtas**
eius ab
ipso **ad odium** idest iniquitas sua
habenda ē odio apud
deum collectꝛ hunc versiculum translacio hebrica
hꝫ
sic **q̄ dolose egit aduersus eū ī oculis**
suis vt inueniret iniquitatē eius ad
odiendū cassioꝰ Is ergo dolose egit ī cōspectu
dei vt suam iniquitatem et odiū
dei refugeret inuenta credens per ignoranciam
precepti se pos
se defendi et **verba oris eiꝰ iniquitas**
et dolus q̄ numerari non poterant duobus
sunt sermonibus explicata Iniqui
tas pertinet ad blasphemiam dolꝰ ad proxi
mum de
cipiendū **noluit intelligere vt bn̄ ageret**
et contempnens dicta salutaria veritatem stu
duit omnino ignorare hoc eciam ad dementissi
mū populum iudaicū competenter aptatur ad
quem dn̄s venerat et ille sanari detestabili ob
stinacione contempsit Nam inprudencie ple
rumque venia datꝛ volūtario vero maleficio vlcio
iusta sup
succedit **iniquitatē meditatus ē in cu**
bili suo idest errorem longa meditacione cor
dis tractauit augꝰ Astitit omī vie
non bone idest perseueranter peccauit cassioꝰ
Et ad cumulū pecca
torum cumulū intulit **maliciā autē non**
odiuit hic maliciam vult intelligi cōtorū
criminum mixtim vno verbo concludens
q̄ latiꝰ videbatur confusum augꝰ. Sunt homi
nes qui non pugnant contra vicia qualis est
iste qui a malicia trahitur quia non pugnat
contra eam qm̄ amant eciam qui pugnare ī
cipiunt sed cum quasi tenere ceperint iusticiā
fiunt superbi de se presumentes et hij vincuntꝛ
Et ondit illis dominus quia ipse vincat et illi p
ipsum Quis ergo est qui pugnat et non vincitur
nisi ille qui presumit de deo qui iussit vt pug
net et vincat hostem aduersꝰ Dinumeratis
cogitacionibꝫ hominū pessimoꝝ conuertit ad lau
dem domini tran
situm facit dicens **Dn̄e in celo mīa tua**
Quamuis et in terra et in mari et vbique sit mīa eiꝰ
hic tamen dicit specialiter in celo idest in celestibꝫ
creaturis videlicet in angelis qui non ceciderunt
et sanctis hominibus in quibus copiosius do 10
na ma
nauerunt **et veritas tua vsque ad nubes** iiiꝰ
veritas xp̄s ē nubes sancti predicatores Vnde
dicitur mandabo nubibus meis vt non pluant

ymbrem super ea quia sicut nubes pluuiam portant et irrigant terram sic sancti predicatores ubere salutaris doctrine fecundant animas que steriles fuerant ariditate peccati. Cognicio igitur veritatis tue venit ad predicatores cassiodorus per quos te humano generi ipsam veritatem cognoscimus prestitisse **Iusticia tua sicut montes dei** beatos apostolos dicit montes qui iusticie domini tamquam eius capaces deuotis sensibus exciterit. Quos merito montibus conparauit quia sicut montes in ortu solis prius illuminantur a sole et postea valles sic apostoli primo sunt a christo nato illuminati lumine sue veritatis quod humilibus populis sancta predicatione infuderit **Iudicia tua abissus multa** abissus est profunditas aquarum quam nec meti ri nec intrinsecus ex toto videre valeamus. Sic diuina iudicia nec mente conplecti possumus nec racione aliqua diffinire preualemus sicut apostolus dicit Quam inconprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius ionnius. Iudicia enim dei nobis sunt occulta ignorantes quare vnum reprobat / alium assumit sicut dicit Jacob dilexi Esau odio habui. Exponit adhuc quare iudicia eius abissus dixerit cum subiungit **Homines et iumenta** idest racionabiles et irrabiles personas cassiodorus **saluabis domine** qui peccatoribus iumentorum se inordinata voluntate tractantibus beneficia tue pietatis indulges hoc autem quod mens quod racio conprehendat videlicet supplicacionem penitencium ad premia transire iustorum **Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus** Quemadmodum admiratis aduerbium est idest quam sublimiter quam potenter misericordias largitate mirabili contulisti ut et peccatores ad premia venire faceres et iustos sperare dona promissa faceres / vides ergo domini iudicia profundis abissis apertissime conparata collectorius. Augustinus dicit abissum profunditatem peccatorum quo quisquis peruenerit contempnendo deum videlicet cum venerit in profundum malorum. Et secundum hunc sensum exponit versum sequentem videlicet **Homines et iumenta saluabis domine** idest homines qui salutem iumentorum cum hoc est qui non eternam sed temporalem felicitatem querunt et desiderant saluabis corporaliter tantum et cum iumentis **Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus** ut non solum talibus hominibus sed etiam iumentis temporaliter prouideres hoc autem de carnalibus hominibus dictum est qui presencia bona sectantur cum iumentis. Consequenter dicit de illis qui futura bona sperant cum angelis unum sordit ionnius **Filii autem hominum**

idest racionabiliter et iuste viuencium qui ad ymaginem dei mente perfecti sunt **sub tegumento alarum tuarum.** hoc est sub crucis tue defensione **sperabunt** munimine cassiodorus vel ale domini sunt precepta noui et veteris testamenti in quorum protectione omnis iustus sperare cognoscitur dum eis obedire monstratur. Idem ionnius Et hii filii inebriabuntur ab ubertate domus tue idest intellectu dogmatum ecclesiasticorum vel a pinguedine gracie spiritus sancti cassiodorus Et est sermo iste tractus ad partem bonorum de hominum consuetudine viciosa qui vino nimio gurgitati mentis oppressione torpescunt. Sic et illa celestis ebrietas memoriam abscindit secularium rerum et carnalia ita facit a mente discedere tamquam vini crapula que humanos actus a nostris sensibus alienat gregorius Omelia x super ezechielem / Bibit scilicet de sacra scriptura et non inebriatur qui ad vocem predicacionis aurem inclinat sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibencium sensus immutari. Qui ergo ad cognoscendum dei verbum deuotus est sed ea que sunt huius seculi adipisci desiderat / bibit et debriatus non est. Si enim debriatus esset mentem procul dubio mutasset ut iam terrena non quereret ea vana et transitoria que amauerat non amaret ionnius et torrente voluptatis tue potabis eos idest spiritu sancto qui dicitur spiritus torrens quia irrigat omnem animam spiritualibus fluentis ut fluctum exhibeat sanctificati vel potest iste versiculus de futuro exponi nycholaus **inebriabuntur.** idest saturabuntur absque tamen fastidio **Ab ubertate domus tue** idest celestis glorie secundum illud quod dictum est in psalmo 16° Saciabor cum apparuerit gloria tua HUGO **Et torrente voluptatis tue potabis eos** idest affluencia diuine fruicionis cassiodorus **Quoniam apud te domine est fons vite** christo domino hoc dicit apud quem est inicium omnium bonorum et origo virtutum ieronimus qui prestas baptismum per quod ablutis facinoribus vita largiaris eternam / vel fons vite doctrinam dei est que causa vita est. **Et in lumine tuo videbimus lumen.** lumen patris christus est qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum cassiodorus In christo enim lumine videbimus lumen patris et spiritus sancti quia per ipsius predicacionem factum est ut tota nobis trinitas manifestum constaret **Pretende** idest ostende **misericordiam tuam scientibus te** qui videlicet sanctam trinitatem corde firmissimo confitentur et hiis rogat pretendi misericordiam ut in isto seculo degant et in futuro iudicio premia digna recipiant

hoc enim significat iustitiam tuam hiis qui recto
sunt corde qui in futuro iudicio iustissime ad
dexteram collocabuntur quoniam recta mente
prestante domino viuere meruerunt augustinus Illi
sunt recto corde qui sequuntur in hac vita volun
tatem dei voluntas dei est vt sis aliquando sanus
aliquando vt egrotes Si quando sanus es dicis dul
cis voluntas dei est Et quando egrotas amara
est voluntas dei non recto corde es Quare quia
non vis voluntatem tuam dirigere ad volun
tatem dei / sed dei voluntatem vis curuare ad
tuam Illa recta est / tu curuus es / Rectus eris cor
de si dominum omni tempore benedicas et laudas
cassiodorus **non veniat michi pes** idest affectus **superbie**
ne erectus in superbia
a iusto tramite recedam **et manus peccatoris**
idest male sua
dentis operacio **non moueat me** a fide firmiter
Nycholaus **vel manus peccatoris** idest potestas demonis in pec
catis ob
stinati **non moueat me** a statu gratie cassiodorus **Ibi**
enim in affectu superbie
et praua suasione nequitie **ceciderunt omnes**
qui operantur iniquitatem Nam quamuis alii ex
crudelitate / alii ex
libidine alii ex cupiditate / alii ex inuidia dya
boli prolabantur / omnes tamen in superbie virgo
cadunt quia domini iussa contempnunt Nam
sicut obediens dicitur qui multis iussionibus
obsecundat Sic multipharie domini precepta
contempnens superbus verissime nuncupatur Ini
tium omnis peccati su
perbia de istis sequitur **expulsi sunt** idest expel
lentur quan
do audient Ite
in ignem eternum **nec potuerunt stare** quia non illis
licebit domini iussa differre Sed illuc statim
precipitantur ab angelis vbi eis parata est flam
ma penalis Repetere libet superiora huius psalmi
quo decore probata sint In hoc enim psalmo recita
tur quanta famulis suis diuina gratia prestiterit
vt vsque ad plenissimam sacietatem felici vbertate
peruenerit O laudabilem nimis ebrietatem O
notis omnibus expetenda violencia Vnde mo
destia nascitur et plena mentis integritas opti
netur Non hinc titubacio non confusio non men
tis alienatio non caligo tenebrosa succedit sed
tanto anima sanior redditur quanto illa ebrietate
completur / bibamus ergo hunc potum audi nequaquam
labiis carnalibus sed purissimo cordis affectu
de quo non leticia temporalis sumitur sed eterne
vite gaudia acquiruntur Oremus ergo dominum vt
nobis nominis sui timorem insinuet misericordiam
de celo solito largiatur superbiam bonis omni
bus inimicam a nobis auferat / atque omnem
dolum auertat nos quoque sacrosancti nominis
cognitione illuminatos regno suo dignos ef
ficiat Qui cum patre et spiritu sancto est benedictus
in secula seculorum Amen

Noli emulari in malignantibus
Titulus psalmi ipsi dauid cassiodorus de ver
bis tituli huius non est quod nouiter docere debea
mus sed intentionem psalmi magnopere debemus
aperire Totus enim ad mores pertinet corrigen
dos Instruit quippe etiam qui nunc introducitur
ad loquendum preceptis salutaribus genus humanum
ne mortiferis erroribus inuscetur / malos pena
deterrens / bona fidelibus promittens / quod doctri
ne genus omnino efficacissimum est vt et superbi hu
milientur et humiles digna consolacione confe
quantur hugo In primis itaque commonet etiam in cuius
persona loquitur propheta ne de prosperitate
malorum indignetur aliquis neque imitetur eos.
vnde
dicit **Noli emulari** Emulor pro quatu
or significatis poni
tur in sacra scriptura vnde versus Emulor in
flatur amat inuidet ac imitatur In hoc loco po
nitur pro imi
tari vnde dicit **Noli emulari in malig
nantibus** Nycholaus idest imitari malig
nantes in suis operibus **neque zelaue
ris** idest amaueris. **facientes iniquitatem** iohannes quia
per iniquas fraudes diuicias congregant et
honores inquirunt nycholaus Tales non sunt imitandi
nec amandi in quantum mali licet natura sit ex
caritate diligenda quamdiu sunt in presenti vita in
qua possunt ad bonum reuerti Malicia tamen eorum
semper est odienda Sic loquitur saluator luce
14° Si quis venit ad me et non odit patrem
suum et matrem suam etc. sub
dit autem predictor rectam hugo. **quoniam tamquam fenum**
quod hodie floret et cras
in clibanum mittitur **velociter arescent** pec
catores dicti
malignantes li
cet modo floreant **et quemadmodum olera her
barum cito decident** iohannes Recte hec carna
lis glorie mundana po
tencia feno et vilibus oleribus iuxta ysayam
comparatur Omnis inquit caro fenum et omnis
gloria eius sicut flos feni aruit fenum et flos
eius decidit huic simile addidit iacobus in sua ca
nonica sua c° Ita et diues in itineribus suis.
cassiodorus postquam malignantes studiose censuit
euitandos nunc quid facere debeamus ostendit
dicens
nycholaus **spera in domino** figendo appe
titum in summo **et fac
bonitatem** idest opera bona cassiodorus
quia fides sine operibus mortua est **et in
habita terram** hoc est in fide ecclesie persevera
ieronimus vel inhabita corpus
tuum Tu dominare car
ni non caro tibi cassiodorus **et pasceris in diuiciis eius**
idest in ipsius domini contemplacione que manifesta

tius declarat cum subiungit dicens **delectare in domino** Delectatio et corporalis dicitur et spiritualis Illa nutrit vicia Ista virtutes / Delectare cum dicit in domino suauem tibi vult esse eius recordationem vt ames quam times vt desideres quam vereris vt ambias querere quam pauescas Sequitur **et dabit tibi petitiones cordis tui** Respice quia cordis dicitur non carnis quod ad sapientiam solet referri ionius Cor enim semper sapientiam petit cassiodorus Cordis enim petitio est fides caritas intellectus dei et opera actuum bonorum nycolaus Justi enim non petunt a deo simpliciter nisi bona gratie et virtutes que semper dantur qui petunt pro se et perseuerant quia sunt iusti de alijs aut bonis inferioribus non faciunt petitiones nisi sub condicione scilicet si expediant honori diuino et saluti sue vel aliorum hoc etiam modo deus exaudit eos **Reuela domino viam tuam** cassiodorus Velum quoddam est densitas peccatorum vnde via idest vita nostra tenebrosi amictus circumdatione vestita est hanc reuelationem quando delicta nostra potentissime confitemur ionius Tu ergo qui habes in corde videlicet actiones tuas patefacere debes deo in sermone confessione tua **et spera in eo** quia ipse possit remittere delinquenti peccata et ipse faciet videlicet hoc quod sequitur **et educet quasi lumen iusticiam tuam** cassiodorus Educere enim est aliquid de tenebris trahere hoc est de seculi huius caligine Caligo est obscuritas ad illam futuri iudicij perducere claritatem vbi omnia palam fiunt nec vlterius tenebrosis latibulis occuluntur idest absconduntur Quapropter iusticia nostra quam donante domino nunc habemus in fide tunc humanis aspectibus apparebit in specie et tanquam lumen offertur cum spes nostra xpistus ostenditur sicut dicit apostolus cum xpistus apparuerit tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria **et iudicium tuum tanquam meridiem** augustinus Judicas tu magis sequi xpistum promittentem tibi quod non vides quam impium reprehendentem te credidisse quod nondum vides Quid credidisti Quid tibi xpistus promisit Quia immortalis eris et dabit tibi vitam eternam adhuc in abscondito est iudicium tuum et reprehenditur et irridetur ab infidelibus Sed cum venerit dies iudicij et venerit xpistus et congregauerit omnes gentes iudicandas tunc educet tanquam meridiem idest in clarissimam lucem iudicium tuum ionimus quo ea que bona sunt elegisti Tunc fulgebunt tanquam sol in regno patris eorum Et erunt clara omnia que nunc abscondita sunt **subditus esto domino** Preceptis eius humiliter obediendo **et ora eum** pro delictis presentibus et antiquis Sed dicat aliquis augustinus Subditus sum et oro eum

sed quod tibi videtur vicinus ille neque male agens et florens. Furta eius adulteria eius rapiens eius ergo nouit in omnibus elatus superbus per iniquitatem exaltatus non me dignatur agnoscere In hijs quomodo durabo Morbus ille est bibe contra quod sequitur **noli emulari in eo qui prosperatur in via sua** ionius idest ne sis inuidus ei nec turbet te impij infelicitas breuis **et in homine faciente iniusticias** cuius cassiodorus cuius actus turpis est et fetulenta negocia augustinus Ille prosperatur in via sua et tu laboras in via dei. via impiorum transitoria felicitas quare quia via illa lata est finis eius in profundum inferni perducit via tua angusta est et pauci ingrediuntur regnum per eam Ergo ieronimus **desine ab ira** animi **et derelinque furorem** corporis cassiodorus Desine illi dicitur qui adhuc insano animi turbatione remurmurat qui inflamatus ira et furore blasphemia verba profundit vt sibi felicitatem seculi negatam conqueratur quam habere pessimos contuetur augustinus Si felicitatem huius seculi tibi promisit xpistus murmura aduersus xpistum quando vides infidelem felicem Quid tibi promisit felicitatis Quam nisi in resurrectione mortuorum Nonne ab ipso audis non est seruus maior suo domino Ille pro te dolores obprobria flagella crucem mortem sustinuit quod tibi peccatori debebatur Ergo tene dicitur oculum mentis ne turbetur per iram **et noli emulari** idest imitari nequiciam impiorum ionius **vt maligneris** et efficiaris ipse nequam **quoniam qui malignantur.** Translatio romana habet **quoniam qui nequiter agunt exterminabuntur** de terra viuencium cassiodorus O homo quid illos imitari desideras quos petere prospectas Exterminari est foras terminos proici idest ab illa dei ciuitate priuari Sed ne solus metus imbecilla hominum corda turbaret subiungit etiam spem bonorum dicens **sustinentes** idest pacienter expectantes **dominum ipsi hereditabunt terram** videlicet qui despiciunt felicitatem impiorum Ipsi ciuitatem futuram domini potientur quam iustis viris diuina pietas pollicetur Et ne hanc sustinenciam longissimam estimares protinus adiungit **Et adhuc pusillum** pusillum vero dicitur tempus quod restat vsque diem iudicij quod comparatione preteritorum dierum paruissimum est augustinus Recole terminos ab adam vsque in hodiernum diem percurre scripturas hera pene adam de paradiso lapsus est tot secula euoluta sunt ecce vbique sunt preterita tempora sic pauca que restant vtique transibunt. Si toto illo tempore viueres ex quo adam de pa

radiso dimissus ē usque in hodiernū diem cer
te videres vitam tuam non fuisse longā qua
si sic avolasset ato universusque aut hominis vita
ē q̄ta ē Certe sicut dicit apostolus quasi vapor
fumi ad modicū parens / adde quotlibet ānos
duc longissimam senectutem quid ē Nonne au
ra matutina Et si hoc pusillum temp⁹ quod est
futurū tibi videat᷑ longum esse tuus tamen
ultimus dies longe abesse non potest Qualis
enim exieris de p̄nti vita tal' redderis vite fu
ture cassio⁹ O infirme pusillum et non erit p̄
cator augus⁹ non quia ipse qui peccavit non erit
sed peccare iam desinit **quereres locū eius** idest usū ei⁹ **et nō invenies** deus utitur hic peccatore ad pban
dum iustum quo usus ē dyabo
lo ad pbandum Job et Juda ad tradendum xpm
peccator ergo non habebit locum idest usum fla
gellandi iustos cum transierit temp⁹ p̄ntis id
est tempus probaci onis iustor̄ nycho⁹ **Mansueti autē** q̄ expec tant paciencer bene placitum dn̄i **hereditabūt terrā** vive ncium celestem vide licet iherusalē **et delectabūt᷑ ī multitudie pacis** cassi⁹ quia habitatores celestis civitatis
non mercibus deguunt Sed divina de
lectatione pascunt᷑ Non ibi quisque laborat
ut vivat sed totus quietus accipit quod beatus
concupiscat Ibi oculis cordis esuries beata sa
ginatur ubi anima solo visu reficitur quando
quicquid ad eius pertinet desideriū domina vult⁹
contemplatiōe prestatur ut enī ostenderet ipam
delectacionē nulla contrarietate dissolui ad
dit **in multitudie pacis** pax enī futuri seculi ē ubi nich
il adversum nichil contrariū potest esse Sed
uno modo captum gaudium suavissime augus⁹
Delectetur hic impius ille in multitudine au
ri et argenti mancipior̄ obbaū idest calicum
vinolenciae latissimor̄ et luxuriosor̄ conviuor̄
hec ē potencia cui īvides Iste flos ē qui delectat
Nunquid meliores divicie et delicie tue sunt auri
tuum pax presidia tua pax vita tua pax / de⁹
tuus pax Quicquid desideras pax tibi erit quia de⁹
tuus totum tibi erit Manducabis eum ne esu
rias et sicias Illuminaberis ab eis ne sis cecus
totum habebis eum et te totum habebit quia
tu et ille unū eritis cum quo et ī quo nullas
molestias paciaris cassi⁹ Superius dixerat fi
deles non debere īpios emulari nūc consequenter
dicit peccatores supra iustos per īvidiam tor
queri Et ex hoc contra eos malignari bene di
cit ī pios **observab᷑ pccōr̄ iustū** ut īvento loco noceat
ei quia per opera sanctor̄ peccatores crucian
tur et torquentur in ista presenti vita Unde
dicunt sapiencie 2° Circumveniamus iustum

quoniam contra
rius ē opibus nr̄is **et stridebit sup eū dētib⁹ suis** hoc ē dentibus malicie et nequicie q̄
bus nititur eum devorare dolens de
bono virtutis sue / per motum corporis ostē
dit motū animi. **dn̄s autē irridebit eū** idest irri sione dig
num ostendit
ī futuro iudicio **qm̄ pspicit q̄ veniat dies eius** hoc est dominus scit quando ve
niat perdicio eius idest dies ul
cionis ire dei cassio⁹ firmissime credamus talia
quoniam nobis a veritate pmissa sīt Sic fi
at ut peccator irrisus abscedat qui se fugitiva
felicitate pdicabat **gladiū evaginaverūt pccō res** evaginaverūt significat nudaverunt
ut quod ante erat in cogitacione quasi in
vagina mentis reconditum postea eductum
revelatis cogitacionibus apparet in aperta
psecucīōe glosa: Et
si sic non psiciunt **intēd᷑ arcū suum**
idest insidiant᷑ in dolo postea reddit singu
la singulis quasi
dicet arcū intēdūt **ut decipiāt paupem** qui sibi
n̄ suffic᷑ **et iopem** qui nec opem habet ab
illo cassi⁹ decipiuntur
dum eius tenebrosus et morti similis error
infunditur
addidit ut **ut trucidēt rectos corde.**
hoc de martiribus potest intelligi qui recti
sunt corde sed car
ne trucidāt᷑ hugo: **gladius** idest persecu cio temporal
vel sp̄ualis qua
alijs conā᷑ nocere **intret ī corda ipsorū.**
idest in animas eor̄ ad dampnacionem ve
lut temporaliter simili persecucione morian
tur nych' frequenter enī contingit divino iu
dicio mortem quam preparaverāt alijs veni
re super eos sicut amā fuit suspens⁹ in pati
bulo quod preparaverat mardocheo hester vij
cassi doro⁹ **et arc⁹ eorū** idest occulta malicia ipor̄ q̄ contra īnocētes p̄parabat᷑ **cōfringatur** idest frustretur ut nichil noceat iusto / et respice qm̄
capiunt nythos consequenter ostenditur magnitudo misterii incarnacōis xp̄i cū d̄r **multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua** mūdo creādo et gubernando sed magis fuit mirabile satis ipm̄ recreando per tuam bn̄dictā incarnationē et passionem id̄ sequitur **et cogitacionibus tuis** quibz ab eterno disposuisti et misterium tue īcarnacōis **non ē qui similis sit tibi** quasi dicat hoc mirabile excedit oīa mirabilia tua Trāsla° hebr̄ica h̄t **et cogitaciones tue p̄ nobis** quia sunt causa nr̄e salutis cassio° hactenus predicauit sancta mr̄ eccl̄ia Nunc audiamus dn̄m saluatorē nostrū dicentem **annūciaui** per prophetas me venturum ī carne **et locutus sum** personaliter hoc fecit cum inter nos conuersatus euangelizauit addidit **multiplicati sunt super nūm** s. quia super calculum beatorum multiplicata ē turba peccancium designat enī tm̄ illos in libro viuencium scriptos qui illi ihrl̄m superne predestinati esse noscuntur Unde bene dicit xp̄i predicacione multiplicatos super numerū grego⁹ 14° moralium quia multis etiam intrantibus etiam hy ad fidem spētenus veniunt qui a numero regni celestis excludunt hic enī fidelibus per confessionem xp̄iani nominis admixti st̄ Sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non merentur nyth. Deinde ostenditur misterii incarnacionis racio et hoc in persona xp̄i quia propheta transit de corpore ad caput per modum supradcm̄ unde dicit **sacrificium** Circa qd° ē sciendū q̄ vna causa huius benedicte incarnacionis fuit ad supplendum ī perfectionem legis per ipm̄ xp̄m incarnatum propter q̄ ipē dicit Mt. 5° Non veni soluere legē sed adimplere In lege autem erant aliqua precepta cerimonialia de sacrificiys et oblacionibus offerendis hec sacrificia erant imperfecta quia non poterant auferre peccata Et ideo i.ª imperfectio fuit sublata per vnum sacrificium perfectum s. per corpus xp̄i in cruce sublatum qd° succedit omnibus sacrificiis veteris legis Et hoc ē q̄ dicit apl̄s ad heb. x° Impossibile est enī sanguine taurorum et hircorum auferre peccata Ideo ingrediens mundum s. dei filius p̄ suā īcarnacōem d̄r **hostiā et oblacionē noluisti** corpus autem aptasti michi idest corpus passibile aptum īmolacōi Et hoc ē q̄ dicit hic licet vocabula sunt mutata quia xp̄s et apostoli non semp allegauerunt scripturas veteris testamenti de verbo ad verbum. Dicit ergo in persona xp̄i hominis locutus deo pa

vel toti: trinitati SACRIFICIU qd' fiebat animalibus et auibus ET OBLA
TIONEM que fiebat de pane simula oleo et similibus quia talia non erat deo accepta de se sicut est corpus xpi qd' cotidie offertur
in altari sed tamen ex fide offerentium AURES AUTEM PERFECISTI
MICHI apostolus ad hebr. et translatio romana habet CORPUS AUTEM
APTASTI MICHI ut dictum est tamen est eadem sententia Nam cum dicitur AU
RES AUTEM PERFECISTI MICHI idest aures perfectas
ad obediendum hugo quia sicut verbum aptatur
auri sic xps fuit obediens patri usque ad mortem
crucis Et subdit ad hoc ostendens quod sacrificium veteris legis noluit cum dicat HOLOCAUSTUM nycholaus qd' erat quoddam genus
sacrificii qd' totum incendebatur in altari ad
honore dei ET PRO PECCATO idest hostiam pro peccato cuius
una pars incendebatur et alia erat sacerdotum NON POSTULASTI quia talia non fuerunt de se deo accepta
ut dictum est TUNC DIXI ego xps ECCE VENIO ad offerendum sacrificium acceptissimum deo idest corpus meum
in ara crucis cassiodorus huius aduentus testimonium
trahit de scriptura dicendo ad patrem ~~patrem~~
IN CAPITE LIBRI huius ps. orum SCRIPTUM EST DE
ME in primo psalmo UT FACIAM VOLUNTATEM
TUAM desiderauit enim eius facere voluntatem
qui non abiit in consilio impiorum et in
via peccatorum non stetit et in cathedra pestilencie non sedit nycholaus propter qd' ipse dicit Joh. 6o
descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris
Et quia vox deliberatiua xpi hominis semper
erat diuine voluntati conformis ideo subditur DEUS MEUS VOLUI in quo
virtutem potencie declarauit ut diceret preteritum
qd' constabat esse venturum ET LEGEM TUAM semper habui IN ME
DIO CORDIS MEI Manebat enim lex diuina
in medio cordis ipsius
Dum in lege domini fuit voluntas ipsius et in
lege eius meditabitur die ac nocte Idem augustinus Collector hunc versiculum ioninus sic exponit IN CAPITE LIBRI SCRIP
TUM EST DE ME Caput libri veteris testamenti tale sumit exordium In principio
fecit deus celum et terram idest in xpo domino hoc
misterium Johannes sic euangelium inchoauit
In principio erat verbum et verbum erat apud
deum Nam et ipse interrogantibus iudeis quis
esset / respondit principium qd' est xps
ihesus qui in hoc libri capite nunciatus est UT FA
CIAM VOLUNTATEM TUAM DEUS MEUS VOLUI
Non est voluntas carnis sed patris ut pro vita omnium moriar et legem tuam in medio cordis
mei quam non veni soluere sed adimplere nycholaus ANNUNCIAUI per apostolos IUSTICIAM TUAM idest legem euangelicam que docet perfectam
iusticiam scilicet penitenciam qua iustificatur homo Unde
Mt. 3o dicitur penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum IN ECCLESIA MAGNA per totum orbem diffusa ioninus Gracias tibi ago saluator mundi quod magnam fecisti
ecclesiam tuam a quatuor mundi partibus euangelica predicacione vocatam tua passione collectam
tuaque resurrectione mundatam nycholaus ECCE LABIA MEA NON PRO
HIBEBO a promulgacione veritatis eunte per me et alios doctores ecclesie Glosa: DO
MINE TU SCISTI idest predestinasti futurum
qd' sic facerem nec fui piger ad predicacionem ioninus QUIA IUSTICIAM TUAM idest mandata tua
NON ABSCONDI IN CORDE MEO quia xps eam manifestauit verbis et factis VERITATEM TUAM quam implesti promissum de xpo patribus factum ET SALUTARE TUUM idest incipium a te missum
pro salute hominum dicit omnia ista xps docuit manifeste ut patet ex decursu euangelii NON ABSCONDI MISERI
CORDIAM TUAM quia misericordia et veritas semper se concomitantur in operibus dei A CONSILIO MULTO hugo idest propter timorem consilii multi idest congregacionis magne non
dimisi quoniam predicarem misericordiam tuam et
docerem homines venire ad te per vias tuas
QUIA UNIUERSE VIE DOMINI MISERICORDIA ET VE
RITAS augustinus Vis audire misericordiam domini Recede
a peccatis perdonat peccata / Vis audire
veritatem domini tene iusticiam et coronabit
iusticia Modo enim misericordia predicatur postea veritas
exhibetur cum congregabuntur ante eum omnes
gentes et bonos vocabit ad regnum et malos in
ignem eternum mittet Qui misericordiam dei contempsisti veritatem senciens Si autem non contempsisti veritatem gaudebis nycholaus Deinde describit
ipsius xpi deuota deprecacio pro statu corporis
sui mistici et primo quantum ad amocionem mali unde dicit TU AUTEM DOMI
NE deus pater NE LONGE FACIAS MISERA
TIONES TUAS A ME idest a corpore meo
mistico videlicet a fidelibus tuis pro quibus xps legitur frequenter

quia per me mundo voluisti facere et veritatem tuam que

orasse in euangelio iohannis **misericordia tua** que dimittit peccata **et veritas tua** per quam reddis vnicuique quod fecit nycholaus **semper susceperunt me** Oracionem meam semper exaudiendo Et causam sue deprecacionis subdit dicens **quoniam circumdederunt me mala** scilicet pena. **quorum non est numerus** apud homines Multe enim penalitates fuerunt inflicte christi fidelibus in principio ecclesie vt patet in apostolis et martiribus hugo **comprehenderunt me iniquitates mee** idest meorum quia propter peccata impiorum comprehensus sum et punitus Quod ieremias predicit trenorum iiii° dicens christus dominus captus est pro peccatis nostris Et ps. ait que non rapui tunc exsoluebam cassiodorus **et non potui vt viderem** hugo **multiplicati sunt** scilicet iniquitates in membris et pene in me **super capillos capitis mei** quasi dicat infinite fuerunt augustinus Quis numerat capillos capitis mei multomagis peccata que excedunt numerum capillorum minuta vnum sed multa sunt peccauisti magna iam non facis adulterium homicidium furtum non blasphemias non dicis falsum testimonium vide ne arena minutorum peccatorum opprimaris Et propter peccata mea. **cor meum dereliquit me** idest non est ydoneum ad cognoscendum se cassiodorus Cor vero dereliquit nos quando peccatis egtum profutura non appetit idem Quando homo peccat cor suum non habet vnde dauid dicit 2° Regum 7° Inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te antea quando peccauit non habuit illud hugo Dominis misterijs petit christus fideles suos liberari dicens complaceat tibi domine idest meum qui cupio liberari **tibi complaceat vt eruas me** nycholaus idest corpus meum misticum a malis predictis glosa Et nota quod dicit complaceat non diffidens de potencia dei si assit voluntas augustinus tanquam diceret Si vis potes me eruere sicut in euangelio dicitur Si vis potes me mundare **domine ad adiuuandum me respice** cassiodorus Vt intelligamus respectum ipsius nimium esse prosidium sicut est illud euangelij Respexit petrum et fleuit amare Aliter enim liberari non possumus nisi nos diuinitas propiciata respiciat Deinde dominus saluator optat confusionem et emendacionem impijs et leticiam deuotis petit peccatore dicens hugo: **confundantur** scilicet se peccasse confusione bona de qua dicitur eccl. 4° Est confusio adducens graciam et gloriam **et reuereantur** idest timeant penam quod me **simul** idest sicut persecuti fuerunt cassiodorus simul sunt ita et predestinati conuersionis munere liberentur **qui querunt animam meam** ad mortem. **vt auferant eam** me occidendo **auertantur retrorsum** idest voluptatibus suis prauis nec in malo opere perseuerent qui si confusionem paciantur euadunt Si mundi leticia perfruantur **et reuereantur** idest timeant de interitu eorum idest penas peccatoribus paratas **qui cogitant michi mala** iudeorum significat improbas voluntates quorum cogitaciones non erant male domino sed actoribus suis **ferant** idest portent quasi pondus immensum **confestim confusionem suam** idest prauam cogitacionem **confestim** dicit vt cum peccare ceperunt ne longius progrediendo periculosius ingrauetur malum eorum **qui dicunt michi** adulatorie. **euge euge** hic falsos arguit adulatores qui plus nituntur adulando decipere quam possint vituperacionibus sauciare Euge vero verbum yronicale est sed cum recto animo non profertur ad derisionem trahitur inferendam iohannes Duos hostes habet ecclesia scilicet adulacionis et blasphemacionis Sicut enim inimicos suos confundi petijt qui eum falsis laudacionibus irridebant Ita deuotos optat veraciter gaudere qui spem suam noscuntur in domini maiestate posuisse vnde dicit nycholaus **exultent et letentur super te** deum patrem vel totam trinitatem de bono quod datum est eis **omnes querentes te** per fidem et operaciones **et dicant semper magnificetur dominus** de bonis suis cassiodorus Hec est enim professio que in eternum gaudentes efficiat christianos quia sua pascebat Job qui erat afflictione corporis grauiter sauciatus dicens dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum Sed in hanc exultacionem quibuscumque credentibus concedendam Addidit qui **diligunt salutare tuum** nycholaus videlicet me christum quem misisti pro salute hominum cassiodorus Me diligunt qui me spirituali dileccione perquirunt et mandatis meis suauiter obsequuntur postquam leticie muneribus dixerat esse complendos qui deitatem verbi diligere voluissent ne sibi quispiam meritorum

gloria vendicaret dominus xps ex forma huma
nitatis assump
te loquitur dicens **Ego autem mendicus
sum** querens ab aliis elemosinas
et necessaria quibus humanitas eius sustentaretur **et pau
per** sinistram paupertatem vi
lem abiectamque iudicantes addidit **Dominus so
licitus est mei** hugo quia Matthei 4° dicitur angeli
accesserunt et ministra
bant ei Cui dicit pater hic est filius meus di
lectus in quo michi bene complacui cassiodorus
O paupertate thesauri omnibus dicior pauper
enim de nostro dives de suo est qui ideo indigen
ciam humanitatis assumpsit ut habundancie
sue nos faceret esse participes postremo de ad
iutorio et de protectione securus celeritatem
necessariam
petit dicens **Adiutor meus et protec
tor meus es tu** ne tardaveris ut iam quia
mors vitari non debuit sal
tem resurrectio festina succederet nycholaus vel potest
esse oratio fidelis
cuiuscumque dicentis **Adiutor meus** promo
vendo
me ad
bonum **et protector meus** preservando
me a malis **tu
es deus meus ne tardaveris** michi as
sistere in
predictis cassiodorus Magnifica et suavissima ver
ba sensus nostros medullitus intraverunt quando ipsum
audivimus docentem quem adoramus auctorem Na
licet universos psalmos magno honore venere
mur nescio quod tamen dulcius accipitur cum aliquid
de sancta incarnatione profertur Omnis enim
fidelis gratissime suscipit per quam noscitur
esse liberatus Et respice quo ordine psalmi
huius contextio disponatur primo loquitur contra que
iudeos docens quasi trepidos confortans qua
si incompositos preparans ut sequencia verba
domini salvatoris libenti animo salutaritate
populus preparatus audiret collectio Ait enim exper
tans expectavi te domine meum intendisti michi
multa beneficia largiendo sollicitus es mei in
hac vita necessaria subministras et noxia
resecas dando consolaris ut permaneam au
ferendo corripis ne peream factus es adiutor
meus in bonis et protector in adversis solus
tuus michi restat adventus quamdiu te non vi
deo te non possideo mendicus sum et pauper
Nichil extra te michi sufficit qui es expectacio
et salus mea deus meus ne tardaveris Qui
es benedictus in secula seculorum amen

**Beatus qui intelligit su
per egenum** hugo secundum ieroni
mum. huic
psalmo preponitur talis titulus In finem
intellectus filiis chore quia licet chore propter
ambisionem suam perierit ut legitur numeri
16° tamen quidam de suis filiis malicia illius
non sunt imitati et a deo in ministerium domus
domini sunt assumpti ponuntur enim in titulo
psalmorum maxime propter nominis interpreta
cionem chore enim calvaria interpretatur in quo
loco crucifixus est dominus Et filii chore spiritualiter imi
tatores dicuntur passionis domini Unde hic est
sensus tituli predicti Intellectus huius psal
mi tendens in finem videlicet in christum attri
buitur filiis chore idest imitatoribus passi
onis christi monens eos ut christum dominum egenum et
pauperem credant esse verum deum nycholaus
David enim qui plura misteria christi sciuit
quam alii prophete previdens in spiritu christi passionem
et resurrectionem fecit hunc psalmum Et quia
christi passio incipit a sua paupertate quam ce
pit pati ab hora nativitatis quoniam in
paupertate fuit natus utpote de paupere matre
in paupere loco et pauperibus pannis involutus
et similiter in paupertate fuit mortuus ut
pote suis vestibus spoliatus et in alieno se
pulcro positus de
quo paupere dicit propheta **Beatus** idest
felix **qui in
telligit** idest intus legit ita quod sub paup
tate quam gessit in forma nostre
humilitatis credit per fidem caritate forma
tam divicias sue divinitatis quas dabant
intelligere opera divine
virtutis que faciebat iohannes **Beatus** er
go **qui
intelligit** idest ut credat eum verum de
um et verum hominem esse hu
go Et quia xps etiam egenus et pauper est
in suis membris sicut dicturus est in iudicio
Matthei 25° Nudus fui et cooperuistis me Esuri
vi et dedistis michi cibum etc. Idcirco congru
predi
catur **Beatus qui intelligit sup
egenum et pauperem** per elemo
sine largici
onem collectio Que sicut aqua extinguit ig
nem Ita ipsa legitur extinguere peccatum sed ad
vertere quod dicit intelligit ut etiam non peten
tibus calidus offeratur Nam qui petenti
tribuit bonum opus efficit Qui vero tace
tem intelligit beatitudinem sine aliqua
dubitacione conquirit Sed licet multi patres
de elemosina humani generis racionaliter
et plura conscripserunt oritur tamen inter
eos de hoc articulo nonnulla dissencio legitur
enim petenti te tribue Scriptum est etiam desu
det elemosina in manu tua donec invenias ius
tum cui eam tradas Sed si omnes iustos querimus
imperatam constringimus largitatem verum hec
causa in sola pia voluntate consistit quia non
est nostrum prius mores discutere et sic indigentie subve
nire Sufficiat nobis ut nos dare aliquid in malis
actibus nesciamus nec opiniones hominum captan
do elati elemosinam largiamur Sed operum

solo effectu subueniendi qd' nos supra omnia
precipit diuinitas intueri Qui sic dederit et si iust
tis non det iuste tamen omnibus erogabit Sed
maior opera danda est vt sanctis viris in aliq
indigencia subuenire debeamus propter xpm do
minu nrm qui de pauperibus suis in iudicio p
pie dicturus e Qdiuq ex minimis istis vni
fecistis michi fecistis Quid enim dici potest subli
mius quid ve gloriosius quando autem ipi pret
missi in ignem dirigunt aut remuneratu ad
dexteram nos collocabunt hugo Qui ergo intel
ligit super xpm egenum per fidem sue diuini
tatis vt dcm e aut
per conpassioem a pri **in die mala liberabit**
eum dns hoc e in die iudicij q est dies ire dies
tribulacionis et angustie dies cala
mitatis et miserie vt d. sophonie p. ionis In q
iudeos incredulos non intelligentes dampnabit
xps nych talemq fidelem et misericordem vt dic
tum e liberabit domi
nus de ptate inimica **dns conseruet eum**
cassius peticio ista prophete circa pmissionem con
seruet dicit idest inter mala seculi perire nō faci
at sed ad suam retribucionem illesum sancta co
uersacione
perducat **et viuificet eum** viui prope dicit
qui se a xpiana
fide non diuidunt Nam de illis qui in errore
versantur dcm e Sine mortuos vt sepeliant
mortuos suos Ergo viuificet eum idest faciat
illum inter electos in
sua viue portione nycol **et btm faciat eum i**
terra in qua e
btitudo vera **et non tradat eum i**
animā idest voluntate
et desiderium **inimicorum eius**
videlicet demonum ionis Qui credulitati nostre
semper inimici existunt Et ne btm istum puta
res in hoc mundo inconcussam requiem possi
dere conse
quenter subiungit **dns opem ferat illi super**
lectū doloris eius hoc e adiutorium prestet
illi in infirmitate car
nis nych Cum iacuit super lectum afflictus dolo
re capitis vel menbri cassius. lectus enim nobis
datus e ad quietem in quo se hoium fessa men
bra refoucant Si et illi qui patrimonium con
quirit vxorem sibi copulat filios procreat quiq
amicicias parat quasi in quodam lecto delectaci
onis gracia conquiescit Sed et hec frequenter seruus
suis amara et doloribus plena dns facit ne spē
suam ponentes in temporalibus rebus futura
bona non appetant addidit hugo Mutans mo
dum loquendi de ter
cia persona ad scdam **vniuersum stratū**
eius idest vniuersa
carnis requie **versasti** idest co
uertisti **in**
īfirmitate eius gregorius 23. moralium Ac
si aperte diceret Omne qd

sibi hic parauit ad requiem hoc ei mutasti occul
to iudicio ad perturbacionem Qd' pio quidem co
silio agitur vt in hoc peregrinacionis tempore
electorum vita perturbet. cassiod Quatinus hic diu
sis calamitatibus afflicti eterne btitudinis req
em conuertat sicut fcm e i Job cui huius seculi
bona in infirmitatem conuersa sunt Sed in felicior
extitit quia se illi prosperitas mundana subtrax
Quo circa talibus rebus rogat opem ferre dom
Ne humana fragilitas duris laboribus pressa
superet. aug Et quia istas correctiones agnos
cere debet homo propter peccata sua se pati conu
tat et dicat qd
sequit. hugo **Ego dixi dne miserere**
mei quia confiteor me miserum
propter pccm qd e morbus aiarum **sana**
animā meā indulgendo michi
pcta mea ionnis **quia**
peccaui tibi ego me accuso pro peccatis
meis cassius hactenus propa
de btorum afflictione locutus e Nunc consequenter
dominus saluator de sua passione dicturus est
Vt cum famuli dei diuersis casibus affligun
tur non se a deo credunt esse derelictos quan
do xpm dominum talia pertulisse cognoscunt
Vnde dt
nycholaus **inimici mei dixerūt ma**
la michi quia iudei dixerunt ei frequenter
vituperia sicut patet iohannis
iohis 8o Nonne bene dicimus nos quia sama
ritanus es et
demonium hēs **qn morietur et peribit**
nomen eius frequenter enim tracta
uerunt de xpi morte vt
sic periret memoria nōis eius **et si ingrediebatur.** hic
mu
tatur similiter modus loquendi de plurali i
singularem quia scriptura frequenter loquendo de
pluralibus in plurali transit ad loquendum
de illis quasi de vno eo qp sunt coniuncti ad aliqd
vnum maxime in
scripturis phariseis sicud **et si ingrediebatur**
videlicet quilibet
de iudeis mius **vt videret** me docentem
et conuersantem
si posset me repre
hensibilem inuenire **vana loquebatur** q a
falsa
ad meam
diffamacionem **cor eius congregauit i**
iquitatē sibi quia frequenter iudei tu
lerunt insidias xpo vt eum
caperent in sermone vel in aliquo reprehensibi
li facto vel de iuda hoc intelligitur qui tractando
cogitacionibus de morte xpi congregauit ini
quitatem sibi hug Qui congregante iniqui
tate intus in corde
de tradicione dni **egrediebatur. foras**
ad principes sacerdotum vt prodi
cionem in corde conceptam peragere **et loqueba**

tur in idipsum hoc est iniquitatem quam conceperat in corde effudit in locutione sicut dicitur Matthei 26° Qui abiit ad principes sacerdotum et ait illis Quid vultis michi dare et ego vobis eum tradam Et ne mors xpisti soli inde imputetur vide quod sequitur nycholaus adversum me susurrabant michi latenter detrahendo omnes inimici mei scilicet scribe et pharisei. adversum me cogitabant mala michi scilicet michi inferendo mortem contemptibilem et dolorosam. cassiodorus verbum iniquum constituerunt adversum me idest decrevertunt atque sententialiter locuti sunt pylato Si hunc dimittis non es amicus cesaris nycholaus vel constituerunt verbum iniquum quando ordinaverunt xpistum in sepulcro custodiri ne discipuli eum tollerent et dicerent eum resurrexisse ut habetur Matthei 27°. Ideo sequitur numquid qui dormit idest qui iacet mortuus in sepulcro. non adiciat ut resurgat quasi dicat hugo sic me interficere festinabant quasi ego morte resurgere non haberem cassiodorus immo adiciet potius ut protinus resurgat Sicut in euangelio dicit potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. etenim homo pacis mee nycholaus quasi dicat xpistus non est mirum si iudei qui erant inimici mei talia dicebant contra me conspiravit cum eis scilicet iudas scarioth Et hoc est quod dicitur etenim homo pacis mee idest mecum habitans pacifice in quo speravi idest in quo ostendi quod confiderem in eo scilicet in hoc quod portabat et custodiebat illa que ex devotione offerebantur pro necessitatibus xpisti et discipulorum suorum ad dandum pauperibus ut habetur Johannis 12 et 13. qui edebat panes meos dicit panes in plurali quia iudas cum aliis discipulis in cena domini duplicem panem manducavit scilicet corporalem et sacramentalem quia corpus xpisti cum aliis sumpsit magnificavit super me supplantationem tradendo me iudeis ad hoc quod esset totaliter deiectus et supplantatus per mortem sed non habuit intentum suum quia xpistus per hoc magis habuit exaltationem tertia die resurgendo Tunc enim dicit data est michi omnis potestas in celo et in terra Exposita passione xpisti consequenter agitur de eius resurrectione cum dicit in persona xpisti

hominis ad patrem tu autem domine pater miserere mei ut non dimittas diu animam meam in inferno et corpus in sepulcro et resuscita me animam meam corpori reuniendo quod factum fuit tertia die quando resurrexit in corpore glorioso et retribuam eis Istud fuit impletum quando populus iudaicus fuit occisus et captivatus per romanos propter peccatum quod commiserat in xpistum sicut predixerat xpistus luce 19° videns ihesus civitatem sanctam iherusalem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu scilicet mala ventura tibi. Similiter in hoc cognovi quoniam voluisti me idest dilexisti cassiodorus vel voluisti subaudire glorificare seu exaltare me quoniam non gaudebit inimicus meus super me scilicet populus iudaicus Ad hoc enim voluerunt iudei occidere xpistum ut nomen eius penitus de terra delerent Sed illa que disponebant nullatenus impleverunt vident enim nomen domini ubique celebratum esse ut merito gaudere non possint quibus tam contraria provenerit me autem propter innocentiam suscepisti nycholaus licet xpistus non meruerit gloriam anime sue quam habuit ab instanti conceptionis tamen meruit gloriam corporis et suam exaltationem Et quantum ad hoc dicit me autem propter innocentiam suscepisti idest propter meritum innocentis vite suscepisti corpus gloriosum michi conferendo et in eodem ad te assumendo sicut quod dicitur Marci ultimo Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum cassiodorus vere sancta innocentia vere simplicitas vera humilitas beata ut tot mala passus nulla se contentione defenderet placato animo ibat ad crucem tranquilla mente moriturus omnia verba que predicta sunt per prophetas integerrima veritate complevit doluit casibus persequentium et in cruce positus pro inimicis suis clementissimus exoravit Quoniam hoc et a fidelibus suis faciendum decreverat et merito dedit preceptum qui premisit exemplum hugo. Et quia susceptio corporis xpisti in celum est stabilis Ideo sequitur et confirmasti me in conspectu tuo scilicet gloria inpassibilitatis et immortalitatis in eternum idest in eterna beatitudine ubi sedet ad dexteram dei. Sequitur vox prophete gratias agentis de xpisti resurrectione benedictus dominus deus israel idest xpista

nouū videntium de um per verā fidem **a sclo** idest ab ū ao mūdi **et in sclm** idest in eternū sit benedictus **fiat fiat** Gemīa ao inuit certitudinem nycho9
In hebō autē habet: **Amen amen** q i port- tat veritatis confirmationem ionn9 Q d' aq la vere sūt fideliter transtulerit Et sciendum p̄mum librum psalterij hic esse finitū Scd'm vero esse a xl° psalmo vsq ad lxxi.m Tertiū a lxxij° vsq lxxxviij Quartum a lxxxix° vsq ad c.m quintum Quintum a centesimo vj° vs q ad finem cassi9 licet enim pro istius verbi nouitate videlicet fiat fiat qd' est hic et in lxxi° siue in lxxxviij° vel c.v° positum puta uerūt aliqui expositor: in quinq libros psal mum esse diuidendum eis tamen in hoc nō est consentiendū quoniā in actibus aplōr vnus legitur esse liber psalmor. In pricipio istius psalmi beatus dauid per elemosinas sanctas moralem nobis docuit disciplinā. scdo per passionem suam dominus natura les sanitas indicauit / tercio resurrectionis miracula inspectiua nos claritate compleu- it vt celestis philosophie veritas tribus parti bus narrata constaret Vnde psalmi hui9 suscepto bn̄ficio magna exultacione dd'.m ē bndictus dn̄s deus israel a sclo et vsq i sclz fiat fiat Cui in trinitate perfecta ē honor et gloria in scla sclor. Amen

Quemadmodū desiderat ceruus Titulus huius psalmi talis est In finem intel lectus filijs chore Hic titulus in precedenti ps est expositus sicut ibi dcm est cass Chore hebi- ce dicitur caluarie latine Quapp filii chore merito dicuntur qui tanqm gloriosissimum trophenm celestis regis s. signaculum crucis suscipere meruerunt Et ideo psalmus hic cō uenit xpiano qui amore domini flāma diuine dilectionis accenditur sine qua to- m abiectum ē qcqd in humanis putat: eximi um sed in illis nōibus s. chore vō meminisse debemus qd ioni9 ait psalterium sagaci me te perlustrans nusqm inuenio q filij chore aliqd triste cantauerunt Semper enī in psal mis eorum leta st et iocunda secularibus q contemptis celestia et eterna desiderant co gruentes interpretacioni nomis sui. filius ergo chore idest quilibet xpianus fidelis ꝑnia co- fessione ps huius esse ostē desiderium mentis sue ad dominum assit esse translatū dicēs Translacio romana hz

Qmadmodium sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū ita desiderat aīa mea ad te de9 hugo Notandū q in glosa dicit: q ceruus seio grauatus extrahit naribus vel fla tu suo serpentem a cauernis cassio9 Q' cum ve nerit veneno estuante permotus ad fontem aquarū qnta potest festinat velocitate / Amat enim aqq dulci plurimā saciari / h9 decora co paracio nrm desiderium ardenter instigat vt quando venena antiqui serpentis hauri9 ac ceno fornicacionis alior q vicior estuamur ad fontem diuine mie ilico festinem9 quatin9 qd' peccati aduersitate contrahit: dulcissi hau stus puritate comminuatur9 nec vacat q ad fo- tes aquarū dic et non ad aquas fons aquarū enī xps dominus ē vn omnia fluunt quinqz refic iunt fluenta enī plurimū siccari pnt fons autem aquarū semp irriguus est vn merito dcm ē ad liquorem sacre originis festinandū vbi desiderium nrm nunqm possit hec ieiunium

Sitiuit anima mea idest sume desi derauit ad videndū **deum fontē viuū** a quo omnia bō fluunt. ieron **qn veniam** idest quando erit illud tempus resolucionis corporis mei quando cum pondere pronunciandum ē vt videatur grauis es se dilacio **et apparebo ante faciem domini** idest ante conspcm diuinitaties eius Et ibi videbimus eum sicu ti ē cassi9 Hys igitur rebus edocti aduertimus animam habere sitim suam cum desiderio ce lestis. het sitis in hoc seculo beatis peccatoribus semper exestuat nec aliquo fine contenta re quiescat quia ei in futura btitudine datur in uenire quod appetit Sicut dominus in eua: dicit beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniā ipi saturabunt: aug9 Interim dum meditor dum curro dum in via sum anteqm veniam ante qm appaream **fuerūt michi lacrime mee panes die ac nocte** diem itel lige pro huius seculi prosperitate Noctem vero p h9 seculi aduersitate Aduersitate sum inquit in prosperis rebus siue in aduersis h9 seculi ego lacrimas fundo ob desideriū dei mei ionn9 Sed quomodo potest de lacrimis panis fieri potest quia sicut corp9 saciat: de pane Ita anima de lacrimis quia eciā sperat remis sionem peccator habere / fletus enī ille aiarū ē corroboracio sensuū absolucio pctor refectio mentiū et lauacrum culparū gregorius ho.mea 3 luctu siquidem suo anima pascitur cū ad su perna gaudia flendo subleuat: et intus quide doloris sui gemitum tolleuat sed eo refectiois pabulum [illegible] quo vis amoris lacrimas emanat hug Et has lacrimas malor obpro

bria excitant. Ideo subditur **dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus** cassiodorus. hoc enim dicebatur assidue christianis tempore persecutionis nimium non est qui vindicet sustinere quod volumus quod iubemus. Quis in ista afflictione non fleret habere se conscientiam et pravorum subiacere arbitriis qui ultra omnes dolores est illum insultantem tenere quem cognoscas conscientie pravitate sordere. Idem augustinus et ieronimus. hugo. vel. **dum dicitur michi.** a reprobis ubi est deus tuus quasi dicant quam mercedem expectas excecavit enim illos malicia eorum et sacramenta dei non cognoverunt sicut dicitur sapientie 2o. Propheta probat quod ista obprobria excitaverunt in eo lacrimas et devotionem dicens **hec** obprobria **recordatus sum et effudi in me animam meam.** quia extra me non inveni nisi asperitates et punctiones exprobrancium. Anima vero in se funditur quociens instinctu compunctionis in semetipsam revertitur animam vero suam in se quodammodo fundit qui pleno desiderio concitatus deo se sincera supplicatione prostravit. nycholaus. hoc modo dicebat anna primo Regum primo que flendo orabat dicens vinum et omne quod inebriare potest non bibi sed effudi animam meam in conspectu domini. Etiam cur in se effuderit animam suam subiungit dicens **quoniam transibo** hugo. quasi dicat illi per obprobria sua me impellebant sed pregustatio celestis dulcedinis me attrahebat ad effundendas lacrimas **quoniam transibo** de periculo mundi **in locum tabernaculi** hoc est in ecclesiam presentem que est locus in quo christus cum fidelibus suis habitat et addit **ammirabilis** quia tabernaculum hoc in quo christo militante servimus dicitur ammirabile / tum propter sacramentorum efficaciam / tum propter mirabilem ordinem eorum que fiunt in ecclesia nec ibi subsistam absque gemitu sed transibo. **usque ad domum dei** quia dominus dicit iohannis 14o In domo patris mei mansiones multe sunt. Ad hanc domum transit in presenti vir iustus in spe et in futuro in re. Et quomodo ad hanc eterne beatitudinis domum transit consequenter ostendit dicens **in voce exultationis** videlicet divine laudis de dei beneficiis **et confessionis** de propriis peccatis **sonus epulantis** In quibus duobus assistit. Quia in presenti epulatur anima cum dei beneficiis

reficitur et de peccatis cunctis homo confitetur cassiodorus. Exultatio ad psalmodiam respicit. Confessio ad peccata deploranda. Quid enim dulcius quid vel salubrius quam deum laudare et se semper arguere. hugo. Et quia propter strepitum mundi ratio increpat animam sensualem et conforti turbatam que de presentibus malis tristatur dicens **quare tristis es anima mea** quod tot bona pro tollerancia presencium molestiarum habebis **et quare conturbas me** afflictione tua. Sequitur adversum hoc remedium **spera in deo** firmiter ab eo expectando liberationem. cassiodorus. quia spes eius omnia commutat in melius et ad eternum gaudium perducit quos seculi huius tristicia inflicta conclusit sicut scriptum est beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Sequitur causa quare in domino sperare debeat cum subdit **quoniam adhuc** idest in presenti **confitebor illi** idest de peccatis meis penitentiam agam ut tue devotioni impedimentum non faciam. Cui autem confitetur subiungit illi videlicet qui est **deus meus** qui me redemit. Salus enim vultus nostri est dominus qui in forma servi qua sumus absque peccato venire dignatus est. Sicut ieremias propheta dicit. Spiritus vultus nostri christus dominus comprehensus est sub cuius velamento vivimus inter gentes. hugo. postea ostendit unde anima hanc tristiciam habeat unde addit **ad me ipsum anima** semper conversa consolatio carens habens **a me ipso anima turbata est** idest a seipso habet conturbationem ob recordationem peccatorum potius unde gregorius Iustum est ut in se semper dolores inveniant qui relicto vero gaudio in se gaudia querebant. cassiodorus. Neutra nisi qui hoc carnis vicia facerent in sua tranquillitate mentis puritas permaneret. Sed filius ipse cui titulus quem prefatus titulus ostendit remedium quo possit unusquisque anime sue conturbationes evadere dicens **propterea** idest propter conturbationes istas quibus anima mea vehementer affligitur **memor ero tui domine** quasi diceret ad te summa velocitate festino ubi pervenisse remedium est et carnalium malorum competens probatur exclusio dicit etiam memor ero scilicet **de terra iordanis et hermonii a monte modico** Iordanis pro baptismo accipitur / hermonii parvus mons iuxta iordanem est positus et interpretatur anathema augustinus In baptismo

fit remissio pctor et nemo currit ad remissio
nem peccator nisi qui displicet sibi confite
do se peccatorem nemo confitetur se pctorem
nisi humiliando seipm deo Si interpretacio
nes nominu queras Jordanis est descensio
eorum Descende ergo vt leueris et noli ex
tolli vt non illidaris cassiodus qm non in altitu
dinem superbie queritur sed memoria eius
in humilitatibus modicis inuenit. ionis Igitur
iste qui erat peccator qui sicut ceruus deside
rabat fontes aquaru memor fuit dei in hu
militate pnie et baptismi absolucione ablu
it enim vetera delicta anathematisauit pcta
sua et non se extollit magnu sed efficit par
uulum penitendo aug Anathematisa ergo teip
sum displicendo tibi Displicebis enim deo
si placueris tibi quia non in se exaltatur qui
in dno
gloriat. **Abissus abissu inuocat in
voce catharactaru tuaru** ieronimus **Abis
sus abissum inuocat** Cum vel vetus
testamentum
nouu anunciat vel nouu vetus in testimoni
um vocat quia se vtraque mutua attestacio
ne confirmantur Nam vetus nouu anunciat
cum moyses dicit prophetam vobis suscitabit
deus ex fratribus vestris Et nouu vetus i
testimoniu vocat cum dicit paulus bibebunt
de sequenti petra / petra autem erat xps pe
profunditatem enim intelligencie dicuntur
abyssus cassiodus pfunda sunt enim testamenta
domini quia in sinu sapiencie ipsius alta
veritate consistunt In voce catharactarum
tuaru significat in voce prophetaru et apos
tolorum qui aduentum dni annunciant qm
sicut aquaru multitudo per catharactas id
est aque ductus euomunt. Ita et de ore ipsorum
domini fluenta manauerunt hugo vel abis
sus abissum inuocat idest vnu pctm trahit
ad se aliud pctm sicut superbia auariciam.
gula luxuriam. Ita homicidium et hoc in vo
ce hoc est in testimoniu catharactaru tuarum
idest predicatorum tuoru Unde glo. ait sup ezechi
elem quod peccatum qd non deletur per peni
tenciam mox pondere subtrahit ad se aliud
aug Alium intellectum accipite abissus dicitur
iudicium vnde in ps d. iudicia tua abissus multa.
Abissus abissum inuocat Nam sb
hac tene
mortali laboriosa peccatrice molestiis et scan
dalis plena concupiscenciis obnoxia damp
nacio quedam est de iudicio tuo quia tu dix
isti peccatori morte morieris et in sudore vul
tus tui vesceris pane tuo / hec abissus prima
iudicii tui Sed si male vixerint homines abis
sus abissum inuocat quia de pena in penam tr
seunt et de tenebris ad tenebras de ardore cu

piditatis ad flamas gehennaru Et hoc i vo
ce catharactaru tuaru quia tu minaris et
dicis post istos labores restare alteram damp
nacionem ergo qui contremisco cum ad me
perturbata est anima mea a iudiciis tuis ti
mui ve
hementer **Omnia excelsa tua** idest futura
mala que
mia
ries **Et fluctus tui** s. dolores quos
iam sencio i te **su
per me transierunt** idest modo me p
mut aug Sed q
crebriora sunt mala eo dulcior erit mia quia i
die mandauit miam suam et nocte canti
cum eius / per diem significatur prosperitas
seculi per noctem vero eius aduersitas nicholaus
Est ergo sensus quia sicut deus in tempore
prosperitatis quo ondit miam suam Ita et
in tempore aduersitatis in quo ondit iusticiam
suam debet laudari idest canticum laudis
eius non debet omitti
sm qd dictu est sup ps 33. **Benedicam dnm
in omni tempore** tam psperitatis qm
aduersitatis Jo sbdi. **Ap
ud me oracio mea** et non extra me
et hec directa est **deo meo**
qui est conseruator vite mee cass Ac si diceret
intra me est sacrificiu qd offeram deo meo
vtique oracio pure mentis ionis vt ei merear
liber ab hoc seculo quamque
coniungi. Unde subdit **Dicam deo suscep
tor meus es** quia licet in tribulacionibus
exerceat semp tamen peto
a te protegi
atque defendi **Quare oblitus es mei**
Cur tam diu differs vt me non inducas i
illum supni tabernaculi tui locum cassiodorus
Desiderat enim vir sanctissimus qm illius
quietis dulcedo futura sit et mundi istius iti
nera confragosa
vehementer horrebat **Et quare contrista
tus incedo** per viam
huius vite **dum affli
git me inimicus** vtique contristamur qn
flagella in hoc mundo
suscipimus qn inimici fraudulentis s. dy
aboli insidiis temptamur. qn carnis vicia
inuito ac repugnante
animo sustinemus glosa **Dum confringunt**
quasi diceret ita affligit inimicus dum p
idest qa
cfringut. **Ossa mea exprobrauerunt
michi qui tribulant me in
imici mei** ionis vox est
eccie dicentis **Exprobra
uerunt michi inimici mei** qui tri
bulant
quia confringunt. ossa idest virtutes

mee per illas tribulaciones quas sustinent sancti dum etiam dicitur michi per singulos dies ubi est deus tuus. Cum ego tibi per penitenciam et afflictionem corporis at(que) placere desiderarem inimici mei quasi iocas sum hec facere me dicebant ubi e(st) de(us) tuus nescientes illa occulta que p(re)parauit deus diligentibus se / positis causis tristicie iterum consolatur animam suam sicut prius **Quare tristis es anima mea et quare conturbas me** Respondet quia insidiator me(us) adhuc contra me vigilat adh(uc) michi laqueos tendit dum meum desideriu(m) prolongatur **Spera in deo q(uonia)m adhuc co(n)fitebor illi salutare vult(us) mei et deus meus** In ipso sit spes n(ost)ra semper attenta Ipse omnes fluctus mitiget / ipse nos in temptacionib(us) conseruet Ipse sitim n(ost)ram sua contemplacio(n)e saciet nos(que) vultu sui salutaris viuificet cassiodor(us) Filius iste cuius in p(ri)ncipio psalmi insigne volens ostendere desiderium suum acquisito se conparauit exemplo vt singulariter crederetur quo cognoscebat(ur) tam ingenti voto do(minu)m concupiscere Sed quoniam humano vsu a bono proposito malis semp(er) moribus obuiatur / dum mens iniqua quam p(er) blandimenta decipe non potest / subdolis interpretacionibus molitur euertere crebris insultacionib(us) commotum se ad continuas lacrimas d(icit) Et ne tristicia seculi eius animos occuparet aut in desperacionis crimina perueniret ad animam suam consolatoria verba facit vt p(er)turbacionem huius seculi fidelibus inimicam a se depelleret ne eum desperacionis tedia possiderent Scriptum est quippe tristicia enim q(ue) s(ecundu)m deum est p(eni)t(enci)am in salutem stabilem operatur Qua propter merito a se illud conatus est expellere vnde sibi perpetuu(m) exicium idest mortem nouerat iminere Et ideo hodie hunc psalmum boni desidery suasorem atq(ue) institutorem baptisand(is) congruenter cantat eccl(es)ia quatinus a tristicia hui(us) mu(n)di alienati ad d(omi)n(u)m tota cordis puritate festinent. presta bone rex vt quoniam non e(st) vnus modus m(isericordi)e tue a peccatorum fece purifices q(ui) cum patre et sp(irit)u sancto in trinitate perfecta viuis et regnas deus per omnia s(ecula) s(eculorum). Amen

IUDICA me deus et discerne causam Titul(us) huius psalmi talis est psalmus dauid cassio(dorus) Q(uam)uis aly tituli multa aly contineant paucior(a) om(n)is tamen ad sup(er)ne desideracionis munera perducunt. vt ipsa varietas nec fastidium faciat nec que sunt necessaria commonere desistat psalmus ergo sicut sepe dictum e(st) significat melos idest dulcem modulacionem celestium verborum q(uo)d desursum nobis resonare sentitur / Dauid aute(m) fortissimum ac desiderabilem nobis indicat xp(istu)m ad quem ex persona fidelissimi xpiani psalmus iste dirigitur dum mens et intencio eius ad ip(su)m desideranter aptatur ionim(us) Nam licet hic psalmus in aliquibus versiculis passionem d(omi)nicam signet tamen vocem habet anime fidelis lucem hui(us) mu(n)di idest xp(istu)m desiderantis aug(ustinus). Fidelis igitur xpianus gemens inter ho(m)i(n)es malos dolosos seductores ira turbulentos insidiis venenatos circumspiciens se cum illis esse in h(oc) mu(n)do pariter(que) hic conuersari et dona dei cu(m) mal(is) habere communia et non causam co(mmun)em cassi(odorus) deprecamur dominu(m) in capite hui(us) psalmi vt in aduentu nouissimo quo iudicaturus e(st) mu(n)dum ab infidelium consorcio sequestretur q(uando) agnos ponet ad dexteram hedos vero constituet ad sinistram Vnde subito erupit in hanc vocem dicens **Iudica me deus** Non enim petit peccata sua disc(u)ti glosa q(uo)d periculosu(m) est quia astra non sunt munda in co(n)spectu eius et in angelis repperit prauitatem sed causam sue retribucionis postulat ab ipsis separari vn(de) s(u)bdit **et discerne causa(m) mea(m)** cassio(dorus) idest diuide me ab impiis et in populi tui electione me constituit addidit **de ge(n)te non s(an)c(t)a** hoc e(st) segrega me de peruersis et male viuentibus **ab homine iniquo** qui ap(er)te ledit **et doloso** qui occul(te) ledit. **eripe me** bonum quidem desiderium sed adhuc non habet tempus hoc enim q(uo)d modo a sancto isto queritur in futuro iudicio a fidelibus inuenitur Sed talia hic desiderant qui pacifici esse noscunt vt videlicet ab impietatis cupiant moribus diuidi ne possint aliqua communione viciari consequenter causam peticionis subd(it) dicens **quia tu es de(us) fortitudo mea** Scio me infirmu(m) et fragilem nec sencio me habere aliquam fortitudinem in qua eruar nisi tu saluaueris **quare ergo me repulisti** exponendo me tantis mu(n)di tribulacio(ni)bus **et quare tristis incedo du(m) affligit me ini(micus)**

inimicus augꝰ. tristis ambulo inimicus
dyabolus affligit me cotidianis
temptationibus inmittens vel qd male ame
cass vel qꝛ male timeam. A Dicebat enim vir sanc
tissimus vlterius se contristari non posse si
ad eternam futuri seculi requiem perueniret
Nos enim desiderantu est ab illa re sepul
tare depulsos ad quam venire velociter no
sinitur Nam cum dies ille iudicationis
aduenerit talia minime sustinebunt quonia
inimicus cu suis sequacibꝰ dampnabitur
Quapropter vir sanctus desideranter expete
bat illa tempora in quibus sibi btitudinem
nouerat conferendam consequenter reddr cam
tristicie submouende vt pater mittat filium
ad iudicandu q e
lux et veritas vn d. **Emitte lucē tuā
et veritatē tuā** videlicet ad iudican
dum xps de se dicit
Ego sum lux mundi Et alibi Ego sum via
veritas et vita / hic enim cum venerit vide
licet xps dominus a sanctis eius omnis
meror abscedit quando eterne beatitudinis
gloriam con
sequitur. ieronimꝰ **Ipsa** lux et veritas **me duxerunt**
ab erro
re pcti **et adduxerunt i montē
sanctum tuū** hoc e in ec
clesiā tuā **et in ta
bernacula tua dn̄e virtutū
Et introibo ad altare dei** vbi de monte
sancto eius idest de ecclesia non iā vitulos
et arietes sed meipm exhibeam hostiam vi
uentem et
placentem **ad deum qui letificat
iuuētutem meā** cum expurgato
fermento veteri i
nouū hominem tanq iuuenilem me con
solatur augꝰ Est enī qddam altare sublime
inuisibile quo non accedit iniustus Ad id
altare solus accedit qui ad istud visibile se
curus accedit Illic inueniet vitam suam
qui in isto discernit causam suam Glosa
Notandum qꝛ ad altare missam celebratu
rus sacerdos
ascendens ait **Introibo ad altare dei**
et reliqua desiderio enim et amore superio
ris et inuisibilis altaris hoc visibile adire
cum modestia debet eterna non caduca re
quirens vt xpi celsitudinem humilis seqt
Quid sit illud al
tare exponit dicēs **ad deū** .s. in
troibo **qui le
tificat iuuētutem meam** In
do enim modo in vetustate tunc
astabo gaudens i nouitate Et iteru **confi**

tebor tibi in cythara deus deus meus
augꝰ. Cithara ab inferiori reddit sonū Cum
enim aliquid patimur tribulationū temp
tationum scandalorum in hac terra et hoc ab i
feriori quia mortales sumus confitemur deo
in cythara idest laudamus deum in pnia hug.
Et sicut cythara extendit cordas sic et pnia de
extendere omnia membra hominis gubernacu
lo preceptor dei ionꝰ Sed quia sensualitas
hominis de penitencia contristatur ideo con
fortat eā
dicens. **Quare tristis es anima
mea et quare conturbas me.**
ionꝰ Quia desiderio videre in quo spem me
am posui collect. hoc et qd sequitur e in prece
denti psalmo bis expositum cassꝰ. Vehemen
tissime nos persuadens tristiciam seculi fu
giendam quoniam bonis rebus sp aduer
satur et tristiciam qua ad pniam contrista
mur appetendam quia sicut illa mittit ad
mortem sic ista dirigitur
ad sospitatem augustinꝰ **Spera ergo in
dn̄o qm̄ adhuc confitebor illi**
Qd illi
confitebis **tu es salutare vultus
mei** tu sanabis me ieroni qui es aspectus
anime mee deus meus quem nos lau
dantes exposcimus vt mereamur eius luce il
luminari via dirigi veritate corrigi vita
locupletari qm e vita et salus nra ihesus
xps dominus noster qui e bndictus i s. s. am

**Deus auribus
nr̄is audiuimꝰ** Titulus huius psalmi
talis e In finem filijs chore ad intellectum In
duobus proximis precedentibus ps cassiodorꝰ
quid significent filij chore sufficienter edom
e nunc autem ad intellectum nouo quide
ordine sed non ociose videtur adiectum glosa
Vnde sciendum qꝛ in testamento veteri deus
contulit habundanter antiquis patribus
bona temporalia tanq rudibus ad seruien
dum alliciendis et paucos ex eis affligi p
mittit Castigans eos tanq filios vt sicut fi
lij chore idest passionis et discant alia bo
esse querenda que non sunt oīa malis idest
spiritualia et eterna q figurantur p ista tpalia
que populo rudi antiquo sunt collata Inde
e qꝛ prophetie de veteri testamento q legun
tur in eccia submissa voce terminantur Et
epistole de nouo testamento voce eleuata fini
untur ionꝰ vel intellectus est vt intelliga
mus de prosperitate pnti patrum et de tri
bulatione pnti scorum glosa. Intencio enim

e hortari ad contemptu terrenoz et ad desiderium supernoz. xpiana ergo in persona martiru retulit bona que deus antiquis fecit patribus dicens **Deus auribus nostris audiuimus** idest per spualem sensu cognouimus Iuxta illud dni Qui habet aures audiendi audiat **patres nostri.** apostoli et prophete quorum predicatione renati sumus ad uitam. **annunciauerunt nob** per scripta eoru idest qd' sbdi: uiz **opus qd operatus es in diebus eoz** videlicet moyse et iosue in diebus antiquis cassio quando israeliticu pplm illesum per maris fluenta tradux: et hostium suorum sine labore pro fecit esse uictores **manus tua** idest potestas tua diuina. **gentes disperdidit** que habitant in terra pmiss: **et plantasti eos** videlicet filios israel in terra eorum quia exeuntibz amorreis vel etheis de propriis terris hebrei i eoz sedibus leguntur esse plantati. Nycholaus **afflixisti populos** quia aliqui eorum fuerunt in prelys trucidati vtpote chananei i iebuzei **et expulisti eos** quia aliqui eorum recesserunt p timore ante ingressum filiorum israel Deo qz victorie iste fuerunt facte diuina virtute magis q humana. Ideo subditur **nec in gladio suo possederunt terra** repromiss **et brachium eoru** idest fortitudo ipoz **no saluauit eos** ne ab inimicis superarent hugo **sed dextera tua** idest prosperitas quam dedisti eis quia succedebat eis bene **et brachiu tuu** idest fortitudo et potencia tua cassiodo **et illuminacio vultus tui** idest sapiens consiliu de tua voluntate procedens qd dominus preliantibus confert quando victoriam dare dignatur hugo Et hoc fecisti non suis meritis sed ex tua benignitate. Ideo subdi:

quonia conplacuisti in eis cassio idest placuit tibi deus vt hec illis faceres Translatio romana habz **coplacuit t. i ill'** cassio quando de toto mudo sola gens electa e de qua saluator dominus adueniret aug Hic egisti cum eis vt alys placeres in eis vt qui eos attenderet diceret vere deus cum eis est hug. Cum ergo placuit domine tibi tot beneficia prestare populo tuo antiquo Cur nunc pplm xpianum tuum sic pmittis affligi. **tu es** qui hec fecisti illis **ipse** qui tunc et nunc idem es inmutabilis manens licet tempora sunt mutata. qui i me regnas iero **rex meus** et non peccatum **et deus meus** O xpe a q acquisitus **qui mandas salutes** videlicet tres. s. interiore q est anime et exteriorem q e corporis et eternam que dabitur fidelibus in anima et corpore has salutes mandas idest prestabis **iacob** idest populo xpiano q similis fuerit iacob videlicet qui fugerit delicias carnis sicut iacob fugit fratrem suum carnalem qui etiam supplantat vicia sicut iacob inualuit ad angelum consequenter ostendit q sicut dominus pstitit antiquis patribus victoria de gentibus Ita ipse dabit suis fidelibus palmam de dyabolo suisqz ministris in iudicio extremo vnde vox fidelium dr **in te inimicos nros uentilabimus cornu** In te o xe qui es cornu nrm idest fortitudo nra ventilabimus idest iudicabimus inimicos nros videlicet dyabolum suosqz ministros separando eos a bonis quasi aream suam ventilab: cassio disceptacionis idest iudicacionis saluator noster excuciens paleas sequestratur a frugibus **et in noie tuo spernemus insurgentes in nos** videlicet spiritus malignos et reprobos qs iusti in iudicio futuro spernendos esse indicabunt bn dico i te **non enim in arcu meo sperabo et gladius meus no saluabit me** fide et humilitate consueta dicit multitudo sanctorum in armis se non speraturam esse terrenis quoniam attribuit deo saluacione suam dices **saluasti nos enim de affligentibus nos et odientes nos confudisti** aug. Omnia ista tanq preterita dicuntur cum futura sint quia io et futura tam certa sunt tanq preterita sint cassio liberandos ergo se dicunt fideles in 2o aduentu domini a persecutione spiritu

pessimorum qui eos hic multiplicibus insidiis affligere non desistunt Confunduntur etiam quia beatos oderunt quando illi eterna dampnantur dampnacione Justi autem celorum regna rapiunt **in deo laudabitur tota die** In futuro se profitentur esse predicandos sed sine arrogancia designant gloriam suam qui se in deo testantur esse laudandos Tota die perpetuum tempus ostendit quod non habet noctem quod in illa eternitate proveniet ubi iugiter preconium cognoscitur esse beatorum Sed ne crederes ociosos futuros qui se in deo dicerent esse laudandos profitentur se quoque preconia iugiter personare cum subditur **et in nomine tuo** idest ad honorem nominis tui hugo confessione laudis pro tuis beneficiis **confitebimur tibi in seculum** sempiternum sicut in alio psalmo scriptum est beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te cassiodorus Ipsa est enim beatitudo iustorum dominum laudare perpetue saccietas que numquam voluit fastidium habere fames que de abstinencia matre non nascitur aviditas que de ieiunio non creatur post illam futuri seculi inenarrabilem retribucionem Enumerat mala que hic sustinent sancti dicens **nunc autem repulisti nos** nunc in hoc seculo nobis sub tribulacione gementibus distulisti a nobis requiem celestis patrie quam sanctis provenire non dubium est quia non hic sed in futuro illis perfecta beatitudo promittitur augustinus **et confudisti nos** non in consciencia nostra sed in facie hominum cassiodorus Illam dicit gloriosam confusionem quam martires subeunt cum iniuriis affliguntur fustibus verberantur et velud criminibus obnoxii morti traduntur augustinus Ubi est ergo ille deus noster qui mandat salutes iacob numquam mutatus est sed adhuc ad intellectum filiis chore sunt Aliquid enim intelligere debemus quare nos omnia ista medio tempore pati voluit quia omnia nunc autem repulisti et confudisti nos **et non egrediens deus in virtutibus nostris** cassiodorus Egrediebaris in virtutibus hebreorum quando sine labore prostrati sunt qui se contra electum populum erigere temptaverunt augustinus Nos procedimus ad inimicos nostros et tu nobiscum procedis prevalent illi et nos invalidi sumus unde subdit **avertisti nos retrorsum post inimicos nostros** ut quasi illi sunt ante et nos retro Illi victores nos victi deputemur **et qui oderunt nos diripiebant sibi** diripiebant nos sibi in predam alios trahentes in carcere alios occidentes unde subditur **dedisti nos tamquam oves escarum** cassiodorus Cum dicunt dedisti significant omnia divina potestate distribui Esca ovium ponitur pro simplicitate martirum qui a persecutoribus suis occidi sine concertacione acquiescunt **et in gentibus dispersisti nos** quoniam tyrannis traditi libertatem nostram cum patrimoniis perdiderunt quod variis temporibus de christianis populis divina dispensacione perfectum est ut per temporalia mala gloriam beatitudinis consequerentur eternam **vendidisti populum tuum sine precio** hoc non debemus accipere sub mercacione dampni sed mistica ut solet illusione idest concordancia prolatum Tunc autem sine precio quasi venditur deus quando alienigenis affligendum tradidit populum christianum Et quasi nullus ex tyrannis sanguinem sanctorum fundentibus convertebatur ad salutem **et non fuit multitudo in commutacionibus eius** homines commutant quod tradunt rei precia consequuntur hic autem nulla multitudo precii in tante rei compensacione provenit quia pauci persecutores conversi sunt ad fidem pro qua multi sancti sunt occisi Quomodo enim deo poterant esse grati prophanis supersticionibus involuti **posuisti nos obprobrium vicinis nostris** Enumerat quanta fuerant afflictione percussi ut inter erumpnas multiplices devocionis qualitas augeretur Gravis est afflictio quam patimur a vicinis qua non transitorie dicitur quod circumstantibus iugiter imputatur hugo Obprobrium autem dividitur in duo scilicet **subsannacionem et derisum** unde sequitur **subsannacionem** que fit cum naso contracto et indignacione **et derisum** cassiodorus Derisus vox est confusa leticie insultacionem suam inmoderata hilaritate denuncians quam martires domini diversis traditi passionibus sustinebant iohannes Cum sepe persecutores dicebant irridendo veniat dominus vester et eruat vos de manibus nostris hoc perfidi persecutores dicebant **qui sunt in circuitu nostro** cassiodorus idest qui circumquaque versi semper ambu

lant nec nobiscum in eo dogmate conueniunt. **Posuisti nos in similitudinem gentibus.** Ieronimus. In tua utique similitudine ut sicut te mundus odio habuit, nos itaque et nos deinceps odiret. Vel **in similitudinem gentibus.** Augustinus. Ut gentes de nobis sumant formam maledicendi quando maledicentes homines similitudinem dant de eo quod detestantur dicentes: Sic moriaris, sic puniaris et crucifigaris quemadmodum ille. **Et posuisti etiam nos in commotionem capitis in populis.** Cassiodorus. Inimicorum ut et martiribus contigit quod facta est in passione domini saluatoris sicut legitur: locuti sunt labiis et mouerunt caput. Ieronimus. Sed et si quis nunc in te o Christe uoluerit pie uiuere protinus iniqui blasphemant cum irrisione uel capitis commotione. Hugo. Postquam dixit iniurias quas martires passi sunt ab extra consequenter ostendit quas patiuntur ab intra dicens **Tota die uerecundia mea contra me est.** Cassiodorus. Solet uerecundia ad momentum uenire et breui tempore sedata discedere. Ista uero grauissima fuit tota die iugiter permanebat. Quam uerecundiam describit cum subiungit **Et confusio faciei mee cooperuit me** per hoc enim non solum per mutationem uultus sed etiam totius corporis indicauit horrorem. Erat enim ante oculos populi sancti uehemens confusio quando illos iugiter sibi insultare cernebat quos impios esse cognouerat. Consequenter ostendit unde ueniret ille rubor sanguineus qui nudam faciem coloris sui tegmine uestiebat dicens **A uoce exprobrantis** id est manifeste blasphemantis et criminantis **et obloquentis** id est occulte uel in absentia detrahentis. **A facie inimici** quem uideo qui me capitaliter odit. **et persequentis** cupientis me crudeliter cruciare. **Hec omnia mala uenerunt super nos** quasi fera terribilis et quasi fluuius turbulentus. **Nec obliti sumus te** positi inter tam multiplices erumpnas dum magis iniquorum persecutione commoniti postulauimus a te iugiter auxilium. **Et inique non egimus in testamento tuo** id est in lege tua cuius precepta seruauimus. hoc est quod dicit **Et obliti non sumus te.** Nam qui illum mente retinent eius testamentum nesciunt obliuisci. **Et non recessit retro cor nostrum.** Retro recedit cor eorum qui de domini bonitate desperant et putant illum rogatum non succurrere qui etiam non petentibus cognoscitur subuenire, quod isti minime fecerunt qui spem in domino habere probati sunt. **Et declinasti semitas nostras a uia tua.** Augustinus. Semite enim nostre erant in uoluptatibus seculi, semite nostre erant in prosperitatibus temporalium. Tulisti semitas nostras de uia tua et ostendisti nobis quod arta et angusta uia est que ducit ad uitam, tamquam diceret nobis: In tribulatione positi estis, multa patimini, multa que amabatis in seculo amisistis, quia non dimisi uos in semitas latas que ducunt ad mortem. Sed uos doceo uiam angustam in qua pauci ambulant quia pauci sunt qui tolerant tribulationes temptationes non deficientes usque in finem. **Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis** quia non est in eo nisi uanitas et afflictio spiritus ut dicitur Ecclesiastes i. **Et cooperuit nos** id est undique operuit **nos umbra mortis.** Augustinus. Hec enim mortalitas umbra mortis est et uera mors est dampnatio cum dyabolo. Ieronimus. Bene ergo umbra mortis et non ipsa mors opprimit sanctos in hoc seculo quia martires uel reliqui sancti et si affliguntur et morti destinantur uiuunt cum deo et hec mors umbra est et non ueritas mortis ut dictum est. Hugo. Et in hiis supradictis deum testem inuocat dicens **Si obliti sumus nomen dei nostri** quod est ihesus saluator noster. Nycholaus. eius recordationem debitis temporibus omittendo. **Et si expandimus manus nostras ad deum alienum** peccatum ydolatrie committendo. Hugo. Vel exponendo nos peccatis et faciendo ipsum deum nostrum quia ut dicit Augustinus: Unusquisque quod colit et ueneratur hoc sibi deus est. **Nonne deus requiret ista** quasi diceret uere requiret alicubi si excessimus a uiis dei. Ipse enim nouit abscondita cordis quia sapientie 6º d.

Interrogabit opera nostra et cogitaciones scrutabitur tu ergo qui sanctorum archana cordium cognoscis. **Quoniam propter te** idest amore tui. **mortificamur tota die** hoc perfecti christiani faciunt qui districtis obseruacionibus affliguntur. cassiodorus per longas passiones presentis vite quod notatur cum dicitur tota die ut non momentaneam mortem sed per uniuersum vite tempus protractum nobis fidelium declararet excidium idest cladem mortem / de hac hugo mortificacione dicit richardus Scimus quia in dei oculis maioris meriti est sepe mortificari quam mori Non mors martiris tanto erit preciosior quanto ante mortem pena productior **estimati sumus sicut oues occisionis** cassiodorus Ouis nec cornu nec dente contendit sed manibus latronis pacienter acquiescat dum nulla se reluctacione defendit Sic famuli christi velud oues estimati sunt mori quoniam sine contencione aliqua videbantur occidi Enumerata multitudine passionum filii chore tanto desiderio auxilium querunt ut etiam dominum obdormiuisse commemorent dicentes nycholaus **Exurge** loquitur de deo more humano quasi ille qui oppresso vult facere auxilium surgit ad adiuuandum ipsum **quare obdormis domine** deus enim ad modum dormientis se dicitur habere quando permittit malos dominari et iustos tribulari Unde qui talia videntur communiter dicunt deus dormit **Exurge** repetitur hoc verbum ad exprimendum liberacionis desiderium **et ne repellas** preces nostras **in finem** idest finaliter cassiodorus ubi consistit numerus tuus uniuersa perfectio ubi sunt premia beatorum ubi martiribus corone preparentur Imitatores itaque christi malis presentibus ingrauati more beatorum in flebili supplicacione persistunt dicentes **quare faciem tuam auertis** oracionem nostram non exaudiendo iohannes Auertit enim deus faciem suam idest respectum misericordie sue ad tempus ut probet electos suos cassiodorus **obliuisceris inopie nostre** Cui consueueras subuenire venisti enim dicturus ut nostre indigencie subuenires **et tribulacionis nostre** cuius clemens inspector es semper iohannes patimur inopiam pro nichilo habentes huius mundi diuicias regnum celeste desideramus / tribulamur cum tamen elongatur desiderium nostrum cassiodorus post moram exaudicionis pie mentes non ad desperacionis audaciam sed ad continue oracionis salutaria vota se conuertunt **Quoniam** quasi dicat non deberes obliuisci nostri **Quoniam humiliata est in puluere anima nostra** idest vita nostra humiliatur in puluere quia cinere super se sperso animas suas peccatorum recordacione discruciant idest valde puniuntur **conglutinatus est** idest inmediate coniunctus vel adherens **in terra venter noster** Nicolaus Utique facere solent qui longa oracione prostrati toto corpore iacent in terra Adherere enim terre significat in oracionibus diucius immorari per quas efficaciter vincuntur peccata. Magna enim contra dyabolum arma sunt in suis viribus fiduciam non habere sed deum rogare qui aduersarium possit opprimere hugo Contra prefatas miserias et tribulaciones filii chore magno desiderio cordis remedium et auxilium depostulant dicentes **Exurge domine adiuua nos** tantis malis oppressos **et redime nos** a predictis pressuris non propter meritum nostrum sed **propter nomen tuum** In quo saluamur Ideo enim saluator dicitur quia per gratiam sue pietatis saluat infirmos unde bernardus A natura propria habet ut sit saluator innatum est ei hoc nomen cassiodorus Ecce filiorum chore nobis salutaria dicta fulserunt Ecce nobis ecclesiasticus ordo domino reuelante iam patuit patres enim nostros ab inimicis suis per miracula visibiliter liberatos esse cognoscimus Nunc autem fideles per passiones corporum et tristicias animarum ad eternam requiem peruenire didicimus ut tempore suo utrumque firmum humano generi cognosceretur esse prestitum collectio Neque enim nos umbra hec fugitiua seducat largissimam profecto mercedem pro contempta temporali voluptate capiemus Si enim virtute continencie et paciencie hic fornacem illicite voluntatis tempestatemque presentis tribulacionis superare studuimus profecto unde gehenne incendia effugiemus Unum illud a te ac solum requirit deus ut aduersus dyabolum varias inimicicias pro amore suo et tua salute suscipias Aderit enim tibi pugnanti Ipseque iam omne bellum conficiet et tibi victoria in merito ascribetur si tamen perseuerans usque in finem Studeamus ergo nobis reconciliari ipsius clemenciam et oracionum frequencia exoremus ut sic in hac seculi peregrinacione nobis adiuuare dignetur quatinus ab hostibus mentis et cor-

poris liberati peruenire valeamus seruiti ad ipsum qui est benedictus in secula seculorum Amen

Eructauit cor meum verbum bonum Titulus huius psalmi talis est In finem titulus dauid pro hijs qui commutantur filijs chore ad intellectum canticum pro dilecto augustinus Agitur in psalmo de sanctis nupcijs sponsi et sponse idest xpi et ecclesie regis et plebis saluatoris et saluandorum cassiodorus Vnde et hoc carmen epithalamium dicitur idest laus seu carmen thalami quia laus sponsi et sponse hic cantatur glosa Copulam huius nupciarum fecit spiritus sanctus in thalamo hoc est in vtero beate virginis quando verbum caro factum est et humana natura est diuine nature coniuncta Que vero sponsa idest ecclesia coniuncta est sponso xpo in caritate et post huius vite miserias coniugetur ei in sancta immortalitate Versus predicti tituli talis est hic titulus est dauid est canticum idest exultacio mentis habita de eternis tendens in finem idest in eternam beatitudinem canticum habitum dico pro hijs qui commutabantur idest pro sanctis qui transformabantur de mortalitate ad immortalitatem videlicet filijs chore qui sunt imitatores xpi et pro dilecto videlicet sponso xpo de quo deus pater testatus est hic est filius meus dilectus quibus videlicet chore supradictis scribitur hoc canticum ad intellectum idest vt intelligant misterium incarnacionis xpi atque eius dispensacionis cum ecclesia et suis fidelibus collectus precomium itaque sponsi xpi secundum suam ineffabilem generacionem quam habet a deitate vox patris nobis insinuat dicens **Eructauit cor meum** non de corporea concuctione sed de secreta essencia diuina protulit equale sibi **verbum bonum** augustinus idest filium qui vere et singulariter per se est bonus Sicut ipse ait Nemo bonus nisi solus deus **Dico ego opera mea regi** dicere dei sine inicio et sine fine est quare dico opera quia in ipso verbo omnia opera dei quecumque enim facturus erat deus in creatura iam in verbo erat sicut in euangelio dicitur Quod factum est in ipso vita erat iohannes **Lingua mea calamus scribe** sicut enim que scribuntur non sunt leuia neque facilia sed vtilia Sic et dei eloquium tamquam scribatur perficiatur ita augustinus Non defuerunt qui omnia etiam superiora verba ex persona prophete accipi mallent cassiodorus Vnde in celestibus epithalamia saginatus est et future gratulacionis qualitate completus precomia domini sponsi se eructaturum pronunciat dicens **Eructauit** cassiodorus Sicut ei venter ex plenitudine cibi corporalis emittit eructacionem sic cor prophete ex plenitudine gracie spiritualis emittit hunc sermonem dicens **Eructauit cor meum verbum bonum** quia est misterium xpi et ecclesie expressiuum **Dico ego opera mea regi** idest laude regis regum ihesu xpi **Lingua mea calamus** idest penna **scribe** idest notarij **velociter scribentis** Ac si dicat per linguam meam loquitur spiritus sanctus velociter qui in docendo non indiget interuallo temporis hugo Spiritus enim sanctus non paulatim cum mora graciam suam infundit sicut acquiritur sciencia per longum studium sed subito et cito Vnde actuum 2° factus est repente de celo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis ibi dicit glosa Nescit tarda molimina spiritus sancti gracia nycholaus deinde describit xpi magnificenciam quantum ad humanitatem Et quoniam speciositas optime sedet in principe secundum quod dicitur species pami digna fuit imperio quoniam ad hoc dicitur de sponso sponso ecclesie xpo **Speciosus forma** tu es o xpe **pre filijs hominum** Translacio hebraica habet **Sic decore pulcrior es filijs hominum** Fuit enim speciosus pre alijs idest plus quam alij ex parte corporis quia corpus eius fuit formatum virtute spiritus sancti in cuius opere non potest esse error nec defectus Similiter ex parte anime fuit speciosior alijs quia ab instanti creacionis sue repletus est omnibus gracijs et virtutibus et sciencijs secundum quod dicitur iohannis 3° Cui datus est spiritus sanctus non ad mensuram cassiodorus Queri potest cur hic super genus hominum speciosissimus describatur quia in ysaia legitur vidimus eum non habentem neque speciem neque decorem Sed ideo dicitur speciosus non quia de forma eius decore lactei coloris eluxit aut flauo crine aut insigni statura prominuit sed veraciter humano genere pulcrior fuit quia peccata non habuit Illud autem speciosum dicimus quod gracia mundissime puritatis ornatur quamuis pater augustinus speciem corporis eius dicat esse laudabilem Sed exemplum ysaie supraposituum ad passionis eius retulit tempus quando et colaphis cesus est et spinis et sputis coronatus est nycholaus Et quia in principe decet optime eloquencie claritatem ideo subiungit **Diffusa est gracia in labijs tuis** hugo idest verba tua graciosa Vnde iohannis 7° Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur Et

luce etc. Mirabantur omnes in verbis que procedebant de ore eius ac si diceret iohannis Cum languores verbo curas cum mare liquescere facis cum lazarum mortuum vocas et venit patrem interpellas et audit / omnia que loqueris gratia labiorum tuorum perficiuntur **propterea benedixit te deus in eternum** nycholaus Ista benedictio est glorie corporalis in sua resurrectione collacio et ad deum assumptio quam non habuit xps a principio sed ex virtutis merito iohannis Nam cum xps dominus semper in patre fuerit benedictus in assumpta carne benedicitur cum qua resurrexit immortalis et in eternum regnaturus Et quia in principe requiritur probitas subiungit **accingere** hugo Et potest esse imperativi modi ac si dicat propheta ac si dicat tu xpe qui talis es ut dictum est **accingere gladio tuo** nycholaus hoc est accipe verbum tuum de quo apostolus dicit ad eph. 6° Et gladium spiritus quod est verbum dei. **super femur tuum** cassiodorus Femur vero significat incarnacionem domini saluatoris hugo. quia femur humane propaginis est seminarium cassiodorus sicut in genesi legitur Non deficiet princeps de iuda nec dux de femoribus eius In cuius etiam incarnacionis misterio abraham fecit iurare famulum suum quando ei tacto femore iurisiurandi religione astrictus est ut legitur gen. 24° hugo Sic ioseph iacob patri suo manu apposita femori iuravit ut habetur gen. 47° quasi diceret iuro per deum qui de progenie tua nascetur addiditque **potentissime** ieronimus Acsi dicat propheta tu xpe indue carnem accingere verbo predicationis pugna contra dyabolum et potentissime libera genus humanum de inferno cassiodorus **Specie tua** quantum ad humanitatem **et pulcritudine tua** quantum ad diuinitatem tuam **intende** o xpe ut hominem perditum de celo miseratus aspicias **prospere** tanquam humano generi liberacionis beneficia prestaturus **procede** velud sponsus de utero virginali nycholaus per viam huius mortalis vite. **et regna** morte triumphata propter quod dixit apostolis math. ultimo Data est michi omnis potestas in celo et in terra Et quia gloriam corporis quam per resurrectionem habuit ex precedenti merito accepit Ideo subiungit **propter veritatem** vite et doctrine **et mansuetudinem** quia molestias et iniurias sine mentis perturbacione sustinuit **et iusticiam** habundantem in sua passione offerendo spiritum deo patri pro offensa generis humani et sic fecit reconciliacionem per viam iusticie **et deducet te mirabiliter dextera tua** per dexteram que est pars forcior et nobilior intelligitur diuinitas xpi cuius organum coniunctum erat humanitati hugo. diuinitas ergo tua o xpe **deducet te** de sinu patris in uterum virginis inde ad presepium ac deinde ad crucem de cruce ad sepulcrum et inde ad celum Et hoc **mirabiliter** quia omnis illa deductio plena fuit miraculis **vel deducet te** de populo ad populum per apostolos **mirabiliter** idest predicatione verborum et virtute signorum unde subdit **sagitte tue acute** cassiodorus idest verba tua hominum cordibus salutaribus infigencia que ideo vulnerant ut sanent Ideo percuciunt ut erigant Comparatur autem verbum dei sagitte Sagitta enim est lignum ferro armatum Sic verbum dei ex ligno crucis egrediens fortitudinem habet penetrandi et acutum est verbum dei quia usque ad interiora cordis penetrat Et sicut sagitte de longe diriguntur Ita verba domini saluatoris directa sunt nycholaus per predicationes apostolorum ad longinquas naciones Sic dominus precepit Marci ultimo dicens Euntes docete omnes gentes Et ideo verba tanquam sagitte domini ceciderunt in corda inimicorum regis xpi ita penetrantes corda infidelium et gentilium quod multi conuersi sunt ad fidem per universum orbem et sic facti de inimicis amici Ideo subdit **populi sub te** idest sub obediencia tua xpe **cadent** te humiliter adorando consequenter describit magnificenciam xpi regis quantum ad deitatem tamen cum hoc subiungitur de humanitate quia ille due nature sunt inseparabiliter coniuncte in uno supposito commendat ergo xpm primo a iudicio **sedes tua deus** cassiodorus hec enim cum dicit. sedes dei ad futurum pertinet iudicium in quo omnia veraciter eternus moderator examinat atque diiudicat. **in seculum seculi** quia quicquid constitutum erit nulla potest temporis successione dissolui hugo Commendat etiam eum ab equitate correctionis dicens **virga directionis** quod sic est intelligendum virga idest gubernacio **regni tui** quod est ecclesia Est virga directionis idest equa correctio cassiodorus quia iustos regit et dirigit impios percutit ac continet veraciter supplicantes collectio quia nulla pravitate curvantur sed est iustissima et inflexibilis disciplina hanc virgam regni honoris et insigne sceptrum dicebat antiquitas designans in ea virtutum regem

ut liberent ideo prosternunt ut erigant et ut supra

dominum saluatorem postea amendat xpm a bamore iusticie et odio iniquitatis dicens **Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem** nycol[aus] hoc autem dicitur de xpo homine racione humanitatis sue propter id sequitur **Vnxit te deus deus tuus** xps enim in natiuitate humana vnctus fuit **oleo leticie** idest plenitudine gracie ab instanti creacionis anime sue **pre consortibus tuis.** idest omnibus intellectualibus creaturis propter quod iohannis 3° Quod datus est ei spiritus non ad mensuram cass[iodorus]. Vel oleum leticie quo vnctus est xps pre omnibus hominibus est peccati maculam non habere vnde se consciencia semper exhilarauit quam nulla recordacionis asperitate mordet. Repeticio autem ista quod dicit deus deus tuus preconium magne dileccionis ostendit collector In translacione hebraica habetur sic. **Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultacionis pre participibus tuis** secundum quam literam apostolus primo ad hebreos allegat hunc versiculum de xpo ionim[us] qui vnctus fuit oleo exultacionis idest gloria resurreccionis ascensionis et dominacionis Descr[ibit] laus sponsi xpi ab ornatu nupciali cum dicit **Mirra** ad litteram primo sic exponitur nychol[aus] per istas species aromaticas possunt intelligi aromata que sancte mulieres emerunt ad vngendum corpus domini quia de talibus speciebus erant confecta Et quia corpus dominicum erat quasi vestimentum deitatis secundum quod scribitur ad phil[ippenses] 2° habitu inuentus vt homo. Jo[hannes] sbdi[aconus]. **A vestimentis tuis** Et dicit in plurali propter diuersas partes corporis **A domibus eburneis** domus eburnee sunt pixides facte de ebore vel de alabastro quod simile est ebori in quibus illa aromata erant posita sicut in domibus suis **Ex quibus delectauerunt te** idest placuerunt tibi quia deuocio illarum mulierum fuit accepta xpo licet non vnxerunt corpus eius quia non inuenerunt eum in sepulcro Jam enim resurrexerat testante angelo. **Filie regum** Inter enim illas mulieres fuerunt maria iacobi et salome que fuerunt sorores beate marie virginis ex parte matris de qua certum est quod descendit de stirpe dauid et aliorum regum a dauid descendencium Et ideo veresimile est de suis sororibus Jo[hannes] sbdi[aconus] hic **Filie regum** in honore tuo Illam enim vnctionem facere volebant ad

xpi honorem mortem significat quam iusticie sue expo[suit] **Mirra** pro hominum salute xps suscepit **Gutta** vero species est que pellit tumores et duricies curat que pulcre incarnacioni domini comparatur quia duriciem et elacionem cordis humani sancta predicacio dissoluit. **Cassia** que a medicis fistula dicitur crescit in locis aquosis redempcionem generis humani per aquam baptismatis indicat ionim[us] hec autem virtutum et graciarum aromata defluxerunt sponse sancte scilicet ecclesie. **A vestimentis eius** idest ab assumpta carne qua velud vestimento diuinitatis se circumdedit Et pulcritudo sponse venit a domibus eburneis idest a cordibus castis quoniam elephas cuius ossa eburnea dicuntur nimie castitatis asseritur qui inter quadrupedia et sensu plurimo valet et temperanter miscetur femine sue et coniuge 2° non vtitur hoc predictis feminis decenter aptum est quia 1° in domibus eburneis mansisse noscuntur que per castitatem xpi domini precepta secute sunt hanc translacionem probauerunt dilectissimi patres augustinus et ieronimus **Ex quibus domibus delectauerunt te** ionim[us] honorando nomen maiestatis tue et laudando misericordiam **Filie regum** cass[iodorus] idest anime fidelium que bene et sancte regunt corpus suum **in honore tuo** idest ad honorem nominis tui non sibi quia bene agunt sed tue laudi attribuentes postquam sponsi xpi pulcritudo laudata est et virtus eius asserta potestasque eius narrata est et nupciali gaudio odores suauissimi sub misticis interpretacionibus noscuntur adhibiti omnem hic ostenditur vnde ipsius regine veniat mirabilis pulcritudo cum dicit nythol[aus] **Astitit regina** hoc est sancta ecclesia xpi **A dextris tuis** hoc est in pocioribus bonis sponsi Stat modo regens fidelis scilicet seruiens xpo in bonis gracie stabit post hanc vitam regnans a dextris xpi in bonis glorie cui dicetur venite benedicti patris mei nec astitit nuda sed **in vestitu deaurato** per hoc intelligitur decor sapiencie qui refulget in eterna veste est qua docet sancta **Circumdata varietate** scilicet carismatum et virtutum cass[iodorus] Vel circumdatam varietate linguarum multarum in vnitate fidei laudancium quia omnis gens secundum suam patriam in ecclesia psallit auctori sponsi laudem cantat nunc sponse preconia totidem modis sed longe submissis atque humiliter efferunt Astanti ergo nunc ecclesie ad dexteram domini videlicet in bonis gracie ipsius propheta alloquitur dicens nychol[aus] **Audi** legem euangelicam **filia** quia a cristo renata Et vide intelligendo Et

Et inclina aurem tuam ad obediendum voluntati dei. **Et obliviscere populum tuum** videlicet iudeorum et gentilium iohannes vel obliviscere vicia et peccata. **Et domum patris tui** dyaboli hugo vel domum patris tui idest consorcium et cohabitacionem peccatorum que sunt domus patris tui dyaboli cuius fuisti filia antequam facta esses filia christi per fidem Et si hoc feceris decora eris coram sponso tuo.

Concupiscet rex scilicet christus **decorem tuum** idest te decoram. Hic versiculus potest aptari cuilibet anime fideli. O filia audi horas ecclesiasticas audi sermones audi precepta superiorum audi preces pauperis audi dei inspiraciones audi sacram lectionem. Vide libros vide crucem in ecclesia in memoria crucifixi vide exempla sanctorum vide consciam tuam vide iudicium futurum et inclina aurem tuam ut obedias divine voluntati **et obliviscere populum tuum** contempnendo pravorum consorcia **et domum patris tui** id est mundum **et concupiscet rex** christus **decorem tuum** iohannes. Nigra eras in domo patris tui sed nunc ascendis post baptismum viciis abluta vel gracia fidei candida.

Quoniam ipse est dominus deus tuus a quo tu redempta es hugo **et** in te **adorabunt eum omnes populi** de quibus collecta es prius quia **et filie tyri** idest gentes nycholaus. Nam tyrus fuit civitas infidelium Et ideo per filias tyri intelliguntur civitates gentilium converse ad fidem per predicacionem apostolorum. Quomodo adorabunt eum **in muneribus** seipsos in obsequium christi offerentes. **Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis** videmus enim impletum quod principes mundi et potentes honorant christum et ecclesiam suam humiliter se ei obediendo iohannes hoc etiam tres reges fecerunt qui non tantum verbis sed etiam muneribus christum adoraverunt cassiodorus propheta mutans sermonem de secunda persona ad terciam adhuc in ecclesie preconio perseverat dicens **Omnis gloria eius filie regis** gloria est siquidem ecclesie quando sive principum sive iustorum conversiones fiunt ad dominum et secreta se cupiunt devocione cordis offerre. **Ab intus** in secreto consciencie ubi interior homo sacra cogitacione revolvit quod ad divina misteria pertinere cognoscatur nycholaus vel omnis gloria ecclesie consistit in ornatu interiori carismatum et virtutum et non in magno apparatu exteriori. Iohannes subdit **In fimbriis aureis** idest in sapiencie doctrinis **circumamicta varietatibus** diversorum virorum statuum qui sunt in ecclesia dei vel in varietatibus graciarum et virtutum que sunt in predictis statuum predictorum hugo Sequitur laus sponse a comitatu eius subdit **Adducentur regi** christo per predicacionem apostolorum et aliorum sanctorum **virgines** idest omnes homines integritatem mentis et corporis servantes iohannes **post eam** idest post unam ecclesiam apostolica institucione fundatam multi convertuntur ad christum. Translacio hebraica habet **virgines sequentur eam** nycholaus quia multe nobiles puelle spreto maritali thoro virginitatem suam consecraverunt christo quod credunt ad honorem ecclesie de qua hic loquitur per similitudinem regine quam sequuntur domicelle ad honorem eius nec sole virgines adducentur christo in fide **sed et proxime eius** idest vidue caste que gradu inferiore iunguntur cassiodorus quia et si non sunt virgines tamen quasi proxime virginitati quia caste consecrantes O Christe. Et fructum boni **afferentur tibi** vide in ipsis nominibus non minimam esse distanciam virgines dicit adduci quia corporis integritate robuste sunt viduas vero dicit afferri quia plerumque fracte diversis sollicitudinibus corporis imbecillitate fatigantur hugo. Quomodo autem adducentur sub iungit dicens **in leticia** cordis **et exultacione** corporis **adducentur in templum regis** nycholaus quia ad serviendum regi christo aliter non placerent ei sed magis displicerent sicut patet de virginibus que consecrabantur ad serviendum dee veste. Sequitur laus sponse a fecunditate plis et convertit propheta verbum suum ad regem christum dicens **Pro patribus tuis** idest loco patrum tuorum secundum humanam naturam qui fuerunt patriarche reges sancti et prophete ex quibus descendit christus secundum carnem **nati sunt tibi filii** idest apostoli et septuaginta discipuli qui patriarchis et prophetis successerunt **constitues eos principes super omnem terram** in spiritualibus quia constituti sunt episcopi per diversas partes orbis Et quia ordinata est ecclesia et constituta iohannes **memor ero**

nois tui dne idest fame glorie tue memoriam ago **i generacione et generacionem** eterna translacio bona habet **memores erunt qui per doctrinam quam seminauerunt apli sancti et epi** et quam in scripto dum sciunt reduxerunt et reducent ad memoriam facta regis xpi generacionibus sibi succedentibus vsque ad finem mundi Io. glosa dicit **propterea ppli** credentes per eorum doctrinam **confitebuntur tibi** confessio ne laudis **in eternum sine fine et in seculum seculi** hoc est in vita presenti et in futura quia ista laus non solum est in presenti sed erit pocior in futuro secundum quod dicitur infra ps. lxxxiiii beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te cassiodorus Ecce epythalamium gloriosum psalmographi iocunda exultacione completum est Ecce sponsi laus sponseque amicabili varietate celebrata est spiritualis copule coniugium in virginitatibus perseuerans amor castus caritas eterna vinculum quod nullo fine dissoluitur O beata sponsa que non societate carnali sed inuiolabili vinculo caritatis coniuncta est tante maiestati xpo dilecto eterni patris filio Cuius virtus vltra omnes virtutes est pulcritudo sup omnes decores potencia inenarrabili pietas singularis In hys itaque nupcijs tympana complexarum sancta exultacione conclamant apostolorum organa dulcissima societate tinnient martirum cithare non cordis carnalibus sed virtutibus canunt hic sanctorum chorus spiritualis fistulis gratissimum promulcet auditum hic talis musica geritur per quam humana leticia salubriter ornatur pasti sumus o bone rex conuiuio nupciali delicias celestes haurimus presta nobis ihesu xpe sponse mirabilis vt qui huius spe letati sumus futuro eciam perfectissimo gaudio repleamur qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas per omnia secula seculorum amen

DEus noster refugium et virtus Titulus in finem filys chore parthanis ps. cassiodorus In finem notum est quemadmodum ad dominum xpm possit referri Ipse est finis noster qui nos perficit et consummat filios autem chore significare diximus imitatores passionis cristi ex quorum persona psalmus iste cantatur parthanis vero aduentum domini significat saluatoris que diuinitatis sue mirabili secreto pro humani generis redempcione disposuit ieronimus hic ps enim docet nos spem nostram in illum debere ponere qui solus potest de tribulacionibus liberare filij ergo chore qui fideles debent intelligi xpiani in principio psalmi non se timere profitentur per turbaciones seculi dicentes **deus noster** per veram fidem et confessione cassiodorus **refugium** quoniam nos de anime periculo liberat **et virtus** quando stabiliter mentes nostras ab iniquo seculi errore custodiat augustinus Sunt quedam refugia vbi non est virtus quo quisque confugerit magis infirmatur quam confirmatur verbi gratia confugis ad aliquem in seculo magnum vt facias tibi potentem amicum refugium videtur Tanta tamen huius seculi incerta sunt et ita potencium ruine crebrescunt cotidiane vt cum ad tale refugium perueneris plus incipis timere incipias autem tamen quam tunc timebas tunc ad tale confugeris de illo etiam timebis multi enim cadentibus illis quesiti sunt quos nemo quereret si non ad tales confugissent tale non est refugium nostrum quod sic infirmatur Sed deus qui est virtus **et adiutor in tribulacionibus** in quibus ad dominum confugiendum est siue sit tribulacio in re familiari siue in salute corporis siue de periculo carorum siue de aliqua re ad huius vite sustentaculum necessaria omnino aliud refugium non debet esse xpiano quam saluator eius vnitamen kiun inter omnes tribulaciones anime humane nulla est maior tribulacio quam consciencia delictorum Nam si in consciencia hominis vulnus peccati non sit vbicumque alibi passus fuerit tribulaciones illic confugiet et ibi inueniet deum Si autem ibi requies non est propter habundanciam iniquitatum confugiat ad dominum **quoniam adiutor factus est dominus** dimittendo peccata Et ne tribulaciones leues putares addidit **que inuenerunt nos nimis** Alia est tribulacio quam tu inuenis considerando peccatum sine alicuius ammonicione et dicis tribulacionem et dolorem inueni glosa Alia est quando quis alterius persuacione penitet cognoscens peccatum suum Et vtrobique rogandus est deus qui est adiutor in tribulacionibus Sequitur vox fidelium in primitiua eccia existencium qui dicunt **propterea** quia deus adiutor noster est **non timebimus dum turbabitur terra** hieronimus glosa idest generacio iudeorum qui terrena sapiunt **et transferentur montes** idest apostoli radios doctrine veri solis xpi prius suscipientes

in cor maris idest ad gentilitatem in latam amaritudine peccatorum ydolatrie dimersam hoc factum est quando apostoli relictis incredulis iudeis ad predicandum gentibus transierunt sicut paulus et barnabas dixerunt ad iudeos act. 13° quoniam repulistis verbum dei et indignos vos iudicastis eterne vite ecce convertimur ad gentes **sonuerunt** apostoli **et turbate sunt aque** idest gentes ad penitenciam sono predicacionis **eorum** videlicet apostolorum ieronimus **conturbati sunt montes** idest excelsiores seculi potestates et principes gentium **in fortitudine eius** idest fortitudinis predicacione spiritus sancti hugo cardinalis. Moraliter autem potest exponi duo predicti versus hoc modo. **propterea** quia deus est virtus et refugium nostrum **non timebimus** in presenti molestiam temptacionis **dum turbabitur terra** idest terreni amatores seculi qui in die iudicii turbabuntur dum viderint iustos stare gloriosos quos hic spreuerunt et persecuti sunt ut ignominiosos unde de ipsis dicitur sapiencie 5° videbunt et turbabuntur timore horribili modo vero non turbantur sed in pace requiescunt unde dicit Job 21° domus eorum secure sunt et pacate sed dominus expectat tempus quo separabuntur iusti ab iniustis **et transferentur montes** idest superbi et elati huius seculi **in cor maris** idest in profundum eterne amaritudinis de quorum superborum deliciis subdit dicens **sonuerunt et turbate sunt aque eorum** idest delicie eorum terrene que habent in superficie claritatem et in fundo fecem claritas est presens delectacio fex est eterna dampnacio propter delectacionem dicit **sonuerunt aque** clare descendentes de fonte sonant et sitim provocant propter feces dampnacionis dicit **turbate sunt aque** sed stulti amatores mundi non resipiscunt nec attendere volunt nisi claritatem temporalium deliciarum sed incessanter eis utuntur non attendens quod oportebit eos postmodum feces bibere in suppliciis et cruciatibus ezech. 23° potabis usque ad feces de quibus peccatoribus adhuc subdit **conturbati sunt montes** hoc est homines quantumcumque alti et potentes **in fortitudine eius** idest dei qui fortissimus est ut dicitur Job 9° quasi dicat ymo deus qui totum suum calicem bibit et omnis

eius cum ipso primo feces idest persecuciones et tribulaciones in hoc mundo biberunt qui modo in eterna vita gaudium bibunt. Vos ergo amatores mundi qui hic bibitis delectacionem et gaudium / dominus faciet ex sua fortitudine vos postea bibere feces vestrarum deliciarum idest eternam tribulacionem cassiodorus. Superius terrores habitos dixit quos de predicacione nova apostolorum mundus accepit Nunc beneficia que collata sunt ecclesie de adventu domini salvatoris edicuntur unde dicit **fluminis impetus** ieronimus post eversos cultus gentilium ablucio baptismi vel irrigacio seu inundacio spiritus sancti **letificat civitatem dei** idest ecclesiam que est congregacio fidelium hugo cardinalis Et specialiter exponitur hoc de missione spiritus sancti in die pentecostes **fluminis impetus** quia spiritus sanctus venit subito unde act. 2° factus est repente de celo sonus **sanctificavit tabernaculum suum** idest firmavit ecclesiam suam militantem in qua per fidem habitat **altissimus** idest christus deus manet **in medio eius** quia ipse dicit Mt. 18° ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorum. Et ideo **non commovebitur** etiam in tribulacionibus quia fundata est supra firmam petram idest christum et porte inferi non prevalebunt adversus eam. **adiuvabit eam deus** in seculi adversitate laborantem **mane** idest in principio conversionis et bone operacionis ecclesie **diluculo** idest per illuminacionem spiritus sancti. Vel de conversione gentium per quam civitas ecclesie est impleta unde dicit **conturbate sunt gentes** salubri conturbacione et apostolorum predicacione et miraculorum operacione **et inclinata sunt regna** idest reges et populi gencium inclinati et humiliati sunt ad adorandum christum sub iugo fidei ¶ **dedit vocem suam** idest predicacionem suam per ora apostolorum ieronimus **et commota est terra** idest gentilitas mota et conversa est ad fidem christi. **dominus virtutum** idest angelorum **nobiscum** quia per assumpcionem carnis particeps factus est nobis Ideo dicitur emanuel hoc est nobiscum deus **susceptor noster** carnem pro nobis suscipiens qui est **deus iacob** hugo idest minoris populi videlicet christiani per iacob designati ex eo quod

vicia supplantare non cessat Nam iacob sup
plantans interpretatur cassio9 deinde inuitat
propheta populos videre magnalia dni salua
toris que facta sunt tempore incarnacionis sue
dicens hugo **Venite** passib9 fidei. **Et videte** idest intelligite
opera domini que tempore sue incar
nacionis fecit de quibus subdit
qui posuit prodigia sup terram
idest mirabilia et mansueta cassio9 Quando virgo
concepit stella magis apparuit angelorum
chor9 natiuitatem domini sui predicauit
pacemque in orbe vni
uerso edidit vnde subdit **Auferens bella vs
que ad fines terre** ioni9 Nam omnia
bella in aduentu do
mini quieuisse multorum narrat hystoria cassi
dor9 Quod non humanis viribus sed xpi domini
corporali presencia
probatur effectum **Arcum conteret et
confringet arma et scuta con
buret igni** hugo: Acsi dicat tanta pax
erit in aduentu xpi quod vsus
istorum non magis erit in terra veluti si essent
contrita confracta et conbusta gregori9 36o mo
ralium sed magis intelligendum est dominum
auferre spiritualia bella ab ecclesia vbi dominus co
terit arcum cum occulta insidiancium machi
namenta dissoluit arma confringit cum ea
que contra se erecta fuerant prodania humana
comminuit scuta igni conburit quando peccancium
mentes obstinata se duricia defendentes ad
paciencie et confessionis ardorem sancti spiritus
calore succendit cassio9 Exue nos bone rex ar
mis dyabolicis quibus non defendimur sed gra
uamur et illo nos spiritali gladio precinge
qui nobis salutem conferat et munimen hugo
Ipse enim aufert a nobis bella dyabolica et co
minuit vicia non vt ociosi sitis sed vt ei attenda
tis vnde ipse in persona sua congruenter loquitur dicens
Vacate deo et non seculo. **Et videte** intelligendo ieronim9
quoniam ego sum deus qui vos redimam
et dimittam peccata vestra grego9 4o moralium
vacant deo qui terrenarum actionum strepitus
pro diuino amore intermittendo postponunt ne dum
prima indesinenter occupant cor funditus a
summo cadat Sciunt enim sancti viri quod nequaquam
mens ad superna attollitur si curarum
tumultibus continue occupatur qui deo vaca
re negligit suo sibi iudicio lumen eius visio
nis abscondit Qui ergo temporalibus rebus
occupantur tunc bene exteriora disponunt quando
sollicite ad interiora refugiunt cum nequaquam per
turbacionum strepitus diligunt Sed apud se
metipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt
praue enim mentes temporalium rerum tumultus
intra semetipsos versare non cessant etiam non
vacant cum ociosi sunt In cogitacione enim
seruant depicta que amant et quamuis nil exterius
faciant apud semetipsos tamen sub pondere
inquiete quietis elaborant quibus si earundem
rerum amministracio prebeatur semetipsis fundi
tus deserunt et fugitiua hec temporalia per inten
cionis cursum continuis passibus cogitacionum
sequuntur / pie autem mentes hec cum desunt non
querunt et grauiter cum assunt ferunt / quia per
exteriorum curas a se exire pertimescunt ioni9 vaca
te ergo ut me cognoscatis
et non in aliud perturbemini **exaltabor in gen
tibus** aug9 quando conuertentur ad fidem.
Et postquam plenitudo gencium intrauerit
exaltabor in terra idest in iudea vt ipsam
omnes dicant quod sequitur
**dominus virtutum susceptor noster deus
iacob** cassi9 Deus autem iacob ideo frequenter
apponitur vt xpiani populi victoria
declararetur qui licet sit tempore posterior pri
mum tamen populum scilicet iudaicum fideli deuo
cione transcendit hugo Illorum precipue xpianorum
susceptor est dominus qui hic luctantur contra
temptaciones et vicia supplantant quibus postquam
pugnam presentis vite perfecto dicat illud quod dam
est Jacob gen. 32o. Non vocaberis vltra Jacob sed
israel erit nomen tuum idest amplius non eri
tis in lucta sed per victoria coronati de cetero vide
bitis deum facie ad faciem in vita eterna ad
quam nos perducat ipse cuius gracia victores su
mus dominus noster ihesus xpus cui est honor
et gloria in secula seculorum amen

**Omnes gentes plaudi
te manibus** Titulus in fi
nem pro filiis
chore psalmus Et patet ex quinque titulis psalmorum imme
diate precedentium hugo Gentes quas in precedenti
psalmo vocauit ad fidem iam conuersas in hoc
psalmo in persona apostolorum inuitat ad laudem
xpi dicens **Omnes gentes** que recepistis beneficium
gracie dei ionim9 **plau
dite** idest laudate dominum
non solum voce sed **manibus** idest bonis
operibus cassi plaudunt manibus qui elemo
sinas faciunt qui egrotis misericorditer
seruiunt et mandatum dei adimplent Et ne
solis talibus gaudiis
herreremus addit. **Iubilate deo** in ipsis
cor
de et omnium membrorum officio exultate Iubil9
est ineffabile gaudium quod nec taceri potest
nec litteris potest homo comprehendere quod domini
debeat
laudare **in voce exultacionis** cassiodor9 significat

cat psalmodiam quo deo per nõis sui maiesta
tem persoluitur pstissime amonens vt laude
dei sic manus pagat quatinꝰ glãm eius hu
mana lingua non taceat docet enĩ vt precep
ta domini sui et lingua canat et manibus
operetur consequenter subdit causas iubilan
di et laudã
di dicens **QUONIAM DNS EXCELSꝰ**
nycholꝰ quia transcendit omẽm intellcm creatu
re p ons omnem laudem sibi oblata sm qp dr
ecc iiº Bñdicentes dñm exaltate eũ qpm potestis
maior est enĩ
omni laude **TERRIBILIS** cassioꝰ quia ipe iudi
caturꝰ ẽ mundũ
REX MAGNUS SUP OẼM TERRAM
sicut ipe post resurrectionem suã dicit Data ẽ
michi omnis potes
tas i ce° ⁊ i tra hugo **SUBIECIT POPULOS**
NOBIS vox apostoloꝝ est quibꝰ
subiecti st in eccã populi **ET GẼTES**
conuersas
ad fidem. **SUB PEDIBUS NRIS** idest sub
nostra do
minacione et regimie Modus ẽ loqdi sicut
vulgo dicimus iste tenet eum sub pede idest do
minatur ei hoc quidem
non indiscreto facit s **ELEGIT NOBIS HE**
REDITATEM SUÃ idest sua disposicõe dis
creta cõmisit nobis no
ciam ex gentibus
congregata hñtem **SPECIẼ IACOB QD DI**
LEXIT quia sicut iacob dedit edulium lentis
p pmogenita esau vt habetr gen° ꝯ Ita
fidelis populus xpianus largitur terrena vt bo
na celestia conquirat Sequitur vox apostoloꝝ
ad gentes con
uersas dicens **ASCẼDIT DEUS** s. xs ad
celum **IN**
IUBILO hoc ẽ in ãmirabili exultacione ieroni
miꝰ: quam angeli habuerunt dicẽ
tes Tollite portas pncipes vestras iam redit
victor
ex plys **ET DOMINUS IN VOCE TUBE**
in qua duo angeli tanqʒ tuba illo ascendente
apostolis dixerunt viri galilei qd admirami
ni ihesus qui assumptus ẽ a vobis sic veniet
qmadmodum vidistis eum euntẽ in celum vt
mũdus infirmus crederet qp talibus pconys
personaret hugo. Quia ergo dominus ascen
dit vt nobis locum pparet sicut iubilauerũt
apostoli et angeli sic et ppheta aut vox aploꝝ
monet nos laudare
creatorẽ nrm dicens **PSALLITE DEO NOSTº**
domino xº ihesu bonis operibus ipm laudãdo
PSALLITE REGI NRO PSALLITE ioninꝰ Qui
oppresso mortis dominatu carnem cum qua
iacuit in sepulcro edux ad celũ Et bene dico
psal
lite **QUONIÃ IPE** xs ẽ **REX OĨS TERRE**

DEUS non solum in iudea sed in terra
fidei lumine declaratꝰ augustiº **PSALLI**
TE SAPIẼTER idest intelligenter vt non qra
mus solum aurum sed lumẽ
cordis cassꝰ Nemo enĩ sapienter qcqp facit qp nõ
intelligit venerunt filij chore ad seculi futuri
perpetuam felicitatem vbi iam dicunt domi
num regnaturum
vñ subditur ionꝰ **REGNABIT DEUS** idest
xps
SUPER GẼTES quas in hereditatem accepit
a patre sicut in aº ps dr dabo
tibi gentes in hereditatem tuam cassioꝰ Nam
qmuis et nunc regnet tunc tamen prope regna
re dicitur quando in suis fidelibus euidencius
habitare monstrat: super oĩs gentes ihrlm
celestem significat q ex omnibus nacionibus
adu
nat: **DEUS SEDET SUPER SEDẼ SCÃM SU**
AM ad dexteram patris regnans per secula
seculoꝝ Et intuere qp sedem ipãm scãm
dicit ne intelligeres aliqua insensata aut ra
cione carencia sed virtutes et thronos quibus
ille gloriosus insidet regnator potest hoc et de
sanctis intelligi Nam si quis habeat bñficiu
bone conuersacionis et ipe sit sine dubio cella
regalis Nd° si alcius intendas totum contra
perfidos dicitur vt audita xi potestate sucubãt
qui hũilitatem eiꝰ
putãt ẽẽ ↄtẽpnendã **PNCIPES POPULOꝜ**
idest qui pmi erant de gentibus venerunt ad
fidem de quibus ie centurio erat cuius fides cõ
mendatr
in euã° **CONGREGATI SUNT CŨ DEO**
ABRAHÃ idest simul crediderunt in xpm q
ẽ deus abraham hugº Erat imple
tum ẽ qp dominus dixt Mt 3º potens est deus
de lapidibus istis suscitare filios abrahe quia
expulsis infidelibus iudeis qui carne tantum
et non operibus erant filij plenitudinẽ genci
um intromisit ad illam promissionis beatitu
dinem possidendam quam pmiserat abrahe
et semini eius filij autem ipsius per sanctam
fidem facti sunt qui carnis semine non fue
runt vel pncipes
populoꝝ idest apli **CONGREGATI SŨT CŨ**
DEO ABRAHÃ idest cum xº ad iudicandũ
orbem terrarũ Hic enim et
dominus in euã° ait Cum sederit filius hoĩs
in sede maiestatis sue sedebitis et vos sup se
des iudicantes duodecim tribus israel quoni
am ipi apostoli dicuntur dij per grãm hugo
FORTES TERRE idest fortes
in fide. **VEHEMENTER**
ELEUATI SUNT signis et virtutibus vel
iudei qui dicuntur dij
iuxt id Ego dixi dij estis ionꝰ Eleuati sunt in
superbia et relictis celestibus terrena concupi
erunt Quibus dicit: sicut hoĩes moriemi

Isti a deo abstrahe vel apostolis eius sunt iudicandi Nos vero oremus dominum vt deposito omni timore superbie ita illi coniugamur in hoc seculo vt in iudicio a sinistra parte disiuncti non inueniat in nobis quod dampnet in pena sed quod pietate multiplici prouehat ad coronam qui est benedictus in secula seculorum amen

Magnus dominus et laudabilis Titulus cass psalmus cantici filiis chore in secunda sabbati Sabbati est quod populus iudeorum obseruare videbat hugo prima sabbati hoc est prima die post sabbatum dominus resurrexit vnde ps 23o preponitur titulus psalmus dauid prima sabbati quia in eo agitur de domini resurrectione remig Secunda vero sabbati eius ecclesia catholica fundata est in fide qua dicit dominus Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam hugo quia post resurrectionem suam quasi 2a die fundauit ecclesiam suam per apostolorum predicationem que dicitur fundamentum fidei Vnde sensus tituli talis est psalmus iste qui est cantici laudis diuine in quo scribitur cantilena laudandi deum cantatur filiis chore viris xpianis imitatoribus xpi pro hiis que facta sunt in 2a sabbati videlicet pro fundatione ecclesie Materia enim huius psalmi est laus dei pro constitutione et fundatione ecclesie que est ciuitas summi regis propheta ergo commendans ciuitatem hanc primo laudat eam a dignitate conditoris dicens cass Magnus dominus quia potenter omnia facit. et laudabilis. quia pulcre et mire omnia fecit nimis sine termino et fine in ciuitate dei nostri idest in sancta ecclesia in qua fideles quasi ciues vniuntur in fide et caritate Et ne dubitares vbi esset predicta ecclesia constituta intulit in monte sancto eius Mons xpistus dominus est qui fundamentum et culmen est ecclesie sue Iste mons sanctus est de quo daniel propheta ait Creuit lapis et factus est mons ita vt impleret vniuersam faciem terre Et ne crederes predictum montem localem ostendit eum amplissimum dicens fundatur in fide catholica per xpm et apostolos exultatione vniuerse terre hugo idest ad exultationem credencium in orbem terrarum quia sicut dicit act 13o Audientes gentes gauisi sunt et glorificabant verbum domini et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam Ex quibus autem fundata est ecclesia consequenter ostendit cum subiungit Mons syon idest populus iudaicus latera aquilonis idest populus gentilis quem dyabolus tenebat per ydolatriam captiuum Quod ipsa testatur qui dixisse dyabolum denunciat dicens Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis hii sunt ciuitas regis magni quia ex hiis duobus populis collecta est ciuitas que est ecclesia vniuersalis Idem remigius et augustinus Et sicut in vna ciuitate sunt multe domus sic in vniuersali ecclesia multe particulares ecclesie in quibus a fidelibus laudatur deus vnde subdit Deus in domibus eius videlicet ciuitatis idest in particularibus ecclesiis cognoscetur cognitione fidei cum suscipiet eam quasi dicat hanc cognitionem habebit a gratia dei suscipientis eam vt medicus in cura Quomodo autem latera aquilonis constituunt ecclesiam ostenditur ostendit dicens Quoniam ecce reges terre videlicet tiranni sapientes terrena quorum regnum erat in cultu ydolorum congregati sunt et conuenerunt in vnum idest in vnam prauam voluntatem vt fideles affligerent et destruerent vel congregati sunt cum fidelibus in fide remig Et conuenerunt in vnum idest in vnitate ecclesie credentes in vnum lapidem summum angularem in fundamento fundatum Ipsi quoque reges conuersi videntes gloriam et potentiam redemptoris et virtutes apostolorum in operibus miraculorum admirati sunt de tantis ac talibus miraculis conturbati sunt pro peccatis suis commoti sunt de infidelitate ad fidem hugo tremor futuri iudicii apprehendit eos ad agendam penitentiam ibi fuerunt dolores de peccatis vt parturientis quia sicut mulier parturiens filium parit Sic et dolor penitentis affert fructum salutis In spiritu vehementi remig Cum corpora coheret abstinentia tunc conteres humiliando naues tharsis idest superbiam et potentiam gentium quia tharsis in principio a nauigatione negociatorum superba ac precellens facta est Ideo hic comparatur huic nauigio quia in huius seculi fluctibus accon sequunt omni vento luxurie atque vanitatis hyer Iuxta litteram tres reges congregati sunt et conuenerunt adorare dominum xpm Et videntes stellam admirati sunt de quorum aduentu herodes et iudei conturbati sunt et commoti sunt sicut dicitur mat 2o Audiens rex herodes turbatus est et omnis ierosolima cum illo. Tre

nioꝝ apprehendit eos eo quod herodes timuit perdere regnum suum quia ex hoc interius torquebatur Et cum illusus esset a magis ac faceret occidi infantes tunc ibi fuerunt dolores matrum ut parturientis de occisione filioꝝ suoꝝ Et herode comperto quod tres reges redissent in patriam suam per naues tharsis fecit ipsas naues in spiritu vehementi idest in magna ira confringi et comburi. Nam in translatione hebraica sic habet: in spiritu vrentis et dicitur ab vro [illegible] est in spiritu combustionis ut habet in scolastica historia Et ibidem dicit quod tunc fuit adimpleta prophecia ista Idem cassio. decursis omnibus que facta fuerunt in natiuitate domini saluatoris Sequitur digna confusio ita fuisse visum sicut antea fuerat prophetatum vnde dicit sicut audiuimus a prophetis sic vidimus adimpletum in aduentu xpi in ciuitate domini virtutum hoc est in sancta ecclesia militante quam xpus dominus apostoloꝝ possidet et tuetur cassiodo. in ciuitate dei nostri repetitur ut ecclesiam catholicam solam intelligeres addit etiam. deus fundauit eam in eternum hugo. quasi dicat ecclesia non transfertur sicut synagoga quod enim est militans ecclesia eadem erit triumphans vel anagogice potest esse vox eoꝝ qui cum moriuntur ad celum transeunt dicunt enim sicut audiuimus per fidem quia sicut dicitur ad Ro. x. fides est ex auditu. sic vidimus per remunerationem in ciuitate domini virtutum idest in illo regno celesti collector vnde legitur de duobus monachis magne deuotionis sibi inuicem pollicentibus ut quis eoꝝ obiret alteri superstiti de gaudijs illius regis celestis quibus anime fideles fruuntur Vnde spiritus primi decedentis rediens alteri aiebat Sicut audiui sic vidi in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri Sequitur de aduentu domini saluatoris gratias agendo ei qui pro nobis incarnari venit cassio. vnde fideles xpiani qui eius precepta seruant dicunt suscepimus O deus misericordiam tuam. idest dominum xpm qui peccanti mundo missus est aptum nomen ut misericordia videretur qui et saluator dicitur vere in medio templi tui hoc impletum fuit quando xps fuit a sanctissima matre sua in synagoga illa iudeoꝝ representatus Sed populo iudeoꝝ non credente voluit gentes munera percepisse. In medio templi dominus est ut incredentium improbitas arguatur qui contempserunt sequi quod in medio eoꝝ constat esse ostensum secundum nomen tuum idest secundum magnitudinem nominis tui quod est infinita sic et laus tua in fines terre cassio. Ac si dicat sicut in toto orbe terrarum reuerentia tui nominis dilatatur Ita et in ecclesia quod per totum mundum descenditur deuotio tibi laudes offertur iusticia plena est dextera tua per dexteram significat locum ubi iusti sunt collocandi plena est dextera eius iusticia qui in illam partem recipiuntur qui ipsius munere iusti esse meruerunt Idem augustinus et ionnnus letetur mons syon idest ecclesia catholica que in speculatione populi noscitur constituta Nam syon speculatio interpretatur. Causa subiungit dicens propter iudicia tua domine ionnus hoc est propter iudicia tua occulta quia reprobati sunt iudei et electi sunt gentes in fide hugo vnde apostolus ad Ro. xi. ait O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei quam occulta sunt iudicia tua et inuestigabiles vie circuite syon idest defendite et tuemini ecclesiam in credulitate et complectimini eam in caritate narrate hoc est predicate in turribus eius laudem et gloriam xpi Turres sunt principes ecclesie quia sicut turris fortis est et vndique speculatur sic et sancti fortes speculatores debent esse in genere humano cassio. ut a religioso sermone cessare non debeant qui sanctis ordinibus obsequuntur ponite corda vestra in virtute eius ionnus Ne separemur a caritate quam docuit quia ecclesie prelati non solum predicant sed hoc etiam opere habent implere et distribuite domos eius idest o vos doctores ecclesiarum distribuite gradus ordinationum canonice et scienter non premijs corrupti non personarum acceptione per adulationem dilapsi cassio. distribuit autem gradus ecclesie qui officia eius distincta ordinatione disposuit Sunt enim in illa lectores subdyaconi dyaconi presbiteri episcopi Et quamuis vna sit ecclesia officia tamen continet honoꝝ varietate. predicta magis distincta cum addit ut enarretis in progenie altera ionnus idest non solum his qui credunt sed et hijs qui credituri sunt Et quod inquit enarretis cassio. quoniam

Exultet filia iude an deus filie confessionis filie iude [illegible]

Hic videlicet xps dominus qui carnalibus oculis dignatus est apparere. hic est pronomen articulare **est deus deus noster** qui nos creavit et redemit. hugo Iteratio hec nominis est nota confirmationis. ... Et dicit noster quia ipse se dedit nobis non solum in presenti per graciam sed etiam in futuro per gloriam. Ideo sequitur **in eternum et in seculum seculi** cassiodorus ergo deum inmortalem sempiternum sine fine potentissimum xpm dominum asserunt predicandum qui in se credentes iugiter protegit ac defendit unde subdit **ipse reget nos in secula** Regit utique nos ne cadamus. ieronimus Ipse enim lubricos et tortuosos gressus nostros ducit in se qui est via pacis et pax nostre salutis. cassiodorus Quanta tibi o bone rex cura est hominum quibus tam multiplicem medicinam dignaris ingerere visionum. Non vis semel dicere quod humanitatem non poteris ignorare undique commonens undique doces. Et fidem nostram introductas personas clamare facis, ut locus ignorancie funditus videatur abscisi. Merito sanctus tuus Iob dicit. Quid faciam tibi o custos hominum. Tu prestas quod nos mereri posse nescimus. collector Dirigamus igitur karissimi animum ad illam supernam dominum virtutum civitatem ubi innumerabilium sanctorum exercitus tanto lecior exultat quanto hic durius extitit afflictus. laboremus illuc pervenire ut quod hic audivimus ibi aliquando mereamur videre quomodo illa celestis civitas continua fruitur leticia ubi hymnidici angelorum chori et societas supernorum civium vicissim de se omnes gratulantur. ad illam civitatis dei iocunditatem avida devocione properemus ad contemplandum desiderabilem dominum aspectum ut cum quem presentis peregrinacionis regem ac ducem habemus Etiam post vite terminum principem habeamus ac leticie largitorem. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen.

Audite hec omnis gentes

Titulus in finem filiis chore psalmus. cassiodorus Tituli huius psalmi verba sicut sepe dictum est cuncta trahunt ad dominum salvatorem. Ipse enim in fine significatur et per filios chore intelligitur et per psalmum sine dubio denunciatur ut sub titulis predictorum psalmorum sufficienter est dictum ut merito ipsius vocem vererem esse senciamus cuius tot iudiciis laudabilis sermo promittit. augustinus Omnia divina eloquia salubria sunt bene intelligentibus periculosa vero hiis qui ea volunt ad sui cordis perversitatem retorquere potius quam suum cor ad eorum rectitudinem corrigere hoc est enim in hominibus magna usitata perversitas quia cum debeant vivere secundum voluntatem dei deum volunt vivere secundum voluntatem suam. Et cum ipsi nolunt corrigi illum volunt depravari tamen non arbitrantes quod ille vult sed quod ipsi volunt. Solemus autem audire homines murmurantes adversus deum quod malis bene sit in hac vita et boni laborent quasi deus perversus sit et nesciat quid agat aut omnino avertit oculos suos a rebus humanis. Murmurant ergo homines qui propterea volunt deum colere ut hic illis bene sit quando viderint eos qui deum non colunt pollere atque florere felicitate terrena sed e contra deum colentes laborare in angustia et necessitatibus in erumpna ceterisque difficultatibus mortalitatis humane. Contra istam vocem id est contra has blasphemias murmuracionum cantat sermo divinus. ieronimus vel spiritus sanctus in persona predicatorum hunc psalmum eo quod doceat mundi divicias cum vanis honoribus spernendas cavendasque etiam serpentis astucias qui hominibus predicatis inmittit cogitaciones insanas. in primis itaque omnem orbem ad audiendum dei verbum instanter commonet dicens **Audite hec omnes gentes** vos omnes qui gentiliter id est bestialiter vivitis **auribus** cordis quibus deus auditur **percipite** id est intelligite **qui habitatis orbem** cassiodorus per hoc quod dicit qui habitatis orbem accipimus xpianos et iustos qui norunt orbem terrarum sic esse habitandum ut in eius sceleratis non implicentur erroribus **quique terrigene** id est peccatores qui vicia terre sectantur **et filii hominum** vos boni et racionales qui sequimini filium hominis **simul in unum dives et pauper** dives pertinet ad terrigenam qui numerosis peccatis probatur opulentus pauper respicit ad filios hominum qui ambitu huius seculi pauperes sunt ut futuras divicias plenissime consequantur. Sicut in evangelio dicit beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. augustinus Quid per ista voluit significare nisi quia ista eloquia que dicturus est audituri erant non solum peccatores et impii sed etiam iusti pervenire non audiunt omnes Sed cum perventum fuerit ad racionem reddendam separabunt qui sine causa audierunt ab illis qui auribus perceperunt. Omnes ergo simul in unum audiant docentem ne segregati ab invicem audiant iudicantem. Et quod est quod nunc audituri sunt. cassiodorus **Os meum loquetur sapienciam** que pertinet ad misteria divina declaranda que absconditur insipientibus huius seculi et revelata est parvulis **et meditacio cordis mei**

prudenciam que pertinet ad mores probabiles instruendos. Sic omnis sermo divinus duabus hys virtutibus plenissimus iudicatur. augustinus dicit enim meditacio cordis mei ne forte intelligeres eum tibi loqui qui in labys haberet sapienciam. Multi enim in labys habent et in corde non habent de quibus scriptura dicit populus iste labys me honorat cor autem eorum longe est a me. hugo. Sapiencia enim proprie est in corde et ore prudencia vero in opere unde moraliter reprehenduntur illi qui cogitant et loquuntur multa bona et nichil faciunt operando. cassiodorus. postquam virtutem eloquencie sue mirabilis predicatur duobus dictis insignibus contineri nunc quemadmodum precepta sua possint ab humano genere suscipi aurem inclinaturum se esse promisit ut cognosceret si predicacionem eius populus devotus impleret unde dicit **Inclinabo in parabolam aurem meam** parabola est sermo exponens similitudines rerum videlicet cum per unam aliam intelligatur etc. quasi dicat. nycholaus. Applicabo intellectum meum ad intelligendum verba legis et prophetarum que frequenter sunt parabolica et tunc potero lucide tradere ea alys. Ideo subditur. hugo. **Aperiam** idest lucide tradam **in psalterio** idest in operacione a psalterii quod desuper est tangere **propositionem meam** idest illud quod in corde propono. Et est sensus factis ostendam que dico. Deinde incipit narrare que promisit se dicturum et primo de pena malorum que a timore incipit dicit in persona generalis hominis **Cur timebo in die mala** hore idest die iudicii sed nonne dominus in nocte veniet secundum id Mathei xxv Media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit. Sed iudicii dies dicitur dies propter manifestacionem operum que nuda et aperta sunt oculis dei ut dicitur ad hebreos iiii. facta questione respondet in persona malorum dicens Ideo timendum est michi **quia iniquitas calcanei circumdabit me** Calcaneus est extrema pars hominis et notat finem vite eius idest mortem in qua iniquitas idest pena pro iniquitate circumdat hominem. Hunc enim calcanei circumdat qui extrema vite sue claudit fine scelerato Que reprobis contingere solet de quibus subditur **qui confidunt in virtute sua** nycholaus. Circa quod sciendum quod iniquitas circumdat ipsum propter quod in iudicio condempnabitur Que duobus principaliter oritur scilicet ex presentis prosperitate inordinato appetitu Et ex future felicitatis contemptu. Circa primum dicit **qui confidunt** idest fiduciam et finem ponunt **in virtute sua** idest in potestate temporali in se et animas suis **et in multi-**

tudine diviciarum suarum gloriantur tamquam in summo bono et per omnes in abyssum labuntur tamquam circumdati calcaneo iniquitatis. cassiodorus. Necesse est enim ut tales timeant fine qui et de re mundana misereri nolunt et peccatorum suorum penas consciencia teste formidant. hugo. quos ostendit et deceptos dicens **Frater non redimit** nycholaus. quia nullus ab illa sententia extreme dampnacionis videlicet Ite maledicti in ignem eternum poterit redimi prece vel precio fratris vel amicorum suorum secundum quod dicitur proverbiorum vi zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet cuiusquam precibus nec recipiet pro redempcione plurima. Sequitur **redimet homo** hoc legitur interrogative quasi dicat Ipse peccator poterit ne seipsum redimere quasi dicat non quia in inferno nulla est redempcio Ideo sequitur **non dabit deo placacionem suam** idest sacrificium vel oblacionem suam pro peccatis suis unde placetur sibi deus **et precium redempcionis anime sue** similiter non poterit dare quia erit extra statum merendi propter quod sequitur **et laborabit in eternum** in tormentis perpetuis positus **et vivet adhuc in finem.** ut semper senciat penam que a morientibus sentitur propter quod dicitur apocalypsis ix In illis diebus querent homines mortem et non invenient eam et desiderabunt mori et fugiet mors ab eis Et hoc modo exponit iohannes passum istum **non videbit** Ad intelligenciam cuius sciendum est iohannes Quod si amator mundi viderit hominem sapientem in deo ab hoc mundo migrare dicit Quid huic ieiunia quid castitas quid elemosine profuerunt nonne ipse mortuus est. nycholaus. Quia igitur mundani homines vident iustos et iniustos sapientes et stultos simili modo mori reputant quod non sit alia vita post mortem in qua iusti premientur et stulti puniantur. Et hec est occasio currendi ad vicia sine freno. Unde in persona talium dicitur sapiencie ii Ex nichilo nati sumus et post hec erimus tamquam si non fuerimus Et postea concluditur venite ergo et fruamur bonis que sunt et subditur Nullum pratum sit quod non transeat luxuria nostra et propter omnes tales ponunt finem ultimum in vita ista nec post mortem querunt aliud nisi quod remaneant in hominum memoria sed per talia deveniunt ad penam inferni Igitur secundum istam sententiam dicitur **non videbit** hugo idest non credet aut non intelliget interitum gehenne qui est eternus iuxta illud gregorius Qui cor in presenti

bus fugit que secuntur supplicia non attendit unde in cantico deuteronomij dicitur utinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent perversus ergo non preuidet futurum dampnacionis interitum **Cum viderit sapientes morientes** temporaliter unde sapiencie 7° unus introitus est omnibus ad vitam et similis exitus supple secundum carnem sed multum dissimiles secundum spiritum quia iustus ad gloriam transit iniustus ad penam unde subdit **Simul insipiens** ioni⁹ qui dei noticiam habere contempnit de quo apostolus ait Omnis ignorans ignorabitur **Et stultus peribunt** Stultus vero est qui in diuicijs et non in deo sperat **Et relinquent alienis diuicias suas** Augustinus ergo discit secundum istum quia inclino in parabola aurem meam et video non frustra sic loqui scripturam video enim multos iniquos mori quibus successores sunt filij iniquorum filij sunt filij alieni Omnes enim iniquorum siue filij siue parentes siue uicini in hoc alieni sunt quia illis de suis diuicijs subuenire non possunt Quicumque tibi in tribulacione subuenire non possunt alieni a te facti sunt fratres enim illius diuitis sepulti in inferno successores diuiciarum suarum alieni fuerunt quia ei in flammis ardenti subuenire non potuerunt Ait enim habeo quinque fratres unum fratrem michi non fecit qui iacebat ad ianuam meam Et tamen hic in aliquo profecisse videntur unde sequitur

Et sepulcra eorum domus illorum sunt In quibus habitant corpora eorum ineternum scilicet huius seculi usque ad resurrectionem vel ideo dicuntur hoc esse ioni⁹ eorum perpetua habitacio quia non resurgunt ut habeant vitam eternam sed ut dampnentur in perpetuum nycho⁹ **Tabernacula eorum in progenie et progenie** faciunt enim magnas et sumptuosas tumbas que possunt permanere in multis generacionibus ad conseruandam eorum memoriam et famam unde subdit **Vocauerunt nomina sua** et dederunt causam ut fama remaneret nominum eorum **In terris suis** quia magis curat de fama in vita et post vitam in terra propria quam aliena Simile legitur 2° regum 18° de absolon unde dicitur porro absolon erexerat sibi cum adhuc viueret titulum idest statuam que est in valle regis dixerat enim Non habeo filium et hoc monumentum nominis mei Et vocatur manus absolon usque ad hanc diem huius causa erroris subdit **Homo cum in honore esset** cum dicatur honor hominis consistit in hoc quod factus est ad ymaginem dei capax ipsius per cognicionem et amorem et sic ordinatur ad beatitudinem eternam quia homo carnalis **non intellexit** esse se ad ymaginem dei formatum Et ideo **comparatus est iumentis insipientibus** eo quod eligat vitam voluptuosam que vocatur vita bestialis primo ethicorum **Et similis factus est illis** quia subtracto honore ymaginis dei de qua dicitur non differt homo a brutis Unde et in persona talium carnalium dicit ecclesiasticus 3° unus est interitus hominum et iumentorum et equa utriusque condicio sicut moritur homo sic et illa moriuntur nec habet homo iumento amplius hugo: Assimulatur enim homo equo per luxuriam porco per gulositatem leoni per inconsideratam audaciam / vulpi per dolositatem urso per crudelitatem et sic de singulis. nycho⁹ **Hec via illorum** idest processus talis in vita presenti **scandalum ipsis** quia facit eos ruere de peccato in penam ut dicitur est **Et postea in ore suo complacebunt** quia iactant se de tali vita tamquam assecuti felicitatem huius seculi Nam laudatur peccator in desiderijs anime sue et iniquus benedicitur Sed quia non vident nec considerant penam sibi paratam post mortem ideo subdit **Sicut oues** scilicet ducte ad occisionem et hoc ignorantes sic et ponentur post mortem **In inferno positi sunt** **Mors depascet eos** scilicet mors gehenne que semper corrodet infernos sicut animalia herbas vel sicut vermes corrodunt cadauera in sepulcro sic pena gehenne corrodet eos ut viuentes semper moriantur et moriendo semper viuant in penis deinde ostendit quis erit iustorum dicens **Et dominabuntur eorum** idest malorum **iusti in matutino** hoc est post dormicionem corporum in resurrectionem mortuorum quando iudex veniens ad iudicium sua claritate illustrabit omnia que prius erant in nocte quia tunc clare discernentur pij ab impijs Et isti videlicet pij beatitudine dominabuntur Iohannes subdit **Et auxilium eorum** quod habebant ab amicis carnalibus in presenti vita. **Veterascet in inferno** quia totaliter cessabit a gloria eorum quia tunc eis vertitur in magnam confusionem et penam Iuxta illud apocalipsis 18° Quantum glorificauit se et in delicijs fuit tantum date illi tormentum et luctum Sed quia iusti a talibus erunt liberi Ideo subdit **Verumptamen deus redimet ani**

mā meam de manu inferi idest de po-
testate dyaboli cum acceperit me De hac mor-
tali vita ad gloriam in eterna btitudine Juxta illud iohis
xiiii° Iterum veniam et accipiam vos ad meip-
sum ut ubi ego sum et vos sitis aug⁹ Si visurus
es hominē malum florentem et dicturus es
in aīa tua deus ego cognovi facta huius hoīs
quot scelera fecit iste homo Et ecce floret terris
dominatur extollitur caput illi non dolet nō
in deo eius diminutū ē Et timebis et forte di-
cet tibi cor tuum Me miserum puto me sine
causa credidi deus non respicit res humanas
Excitat ergo nos dicens ne timueris quasi miser et ṗuatus oi-
bus bōis temporalibus cū dives factus fuerit
homo dives carnaliter et mūdane et cū multipli-
cata fuerit glā domus eius In divi-
ciis et cognatis in ple et amicis cassio⁹ Ut qꝛ
dicat gloria domus eius ut non solum ipse ve-
rum etiam omnes qui ad ipm pertinent mag-
na pōpa florere videantur nycho⁹ Sed quare
isti non debeant timere causam subiūgit dicens qm cū interie-
rit non sumet omnia Minus enī dicat
et plus significat s. qꝛ nichil sumet neqꝫ tol-
let hug⁹ ut sic negatio universalis et non uni-
versalitas negata. neqꝫ descendet cū eo glā
eius idest prosperitas vite pn̄tis cassiodor⁹
descendere mortuos peccatores dicit qui
in profundissimam foveam sed sine glā scl'ari
sine turba satellitum sine ꝯsumpcione gazar(um)
quoniā nec ad valet secū portare nisi unde pos-
sit ardere Quā deforme in illa patria respicies qꝛ
hic mūdissimū pciosa veste mutabaris Et
merito non descendet cum eo gloria ei⁹ hug(o) car(dinalis)
quia aīa sensualis eius s. divitis florentis in hoc sclo in vita
ipius bn̄dicetur idest amendabitur ab adulatoribz qui
assistunt talibus cassio⁹ Et inter garrulitates
et eplās pastoribus traditas suis bene optare
consueverunt ioīn⁹ bene dr̄ ergo a stultis pp
potenciam propter divitias et pot⁹ affluentiam
q̄ sepe ꝯsentiunt non bene vivente sed de bn̄
pascente suam laudis aug⁹ tu dicis quia
manducavit et bibit quia fecit qꝛ voluit qm
splendide ē epulatus Ideo secum fecit bene.
Ego dico secum fecit male Etenī dives ille
qui cotidie epulabatur splendide bene sibi facere
putabatur Cum autem cepit ardere apud
inferos tunc inventum ē male qd̄ putabat

bene Que enī manducaverat apud superbos hoc
erugebat apud inferos iniquitatem dico quia
ore cordis manducabat Ergo in vita bn̄dicet
et in morte torquebitur nychola⁹ confitebitur tibi O dn̄e
pater te commendans et laudās cū bn̄feceris ei idest cum
operatus fueris secum ad eius lucrū temporale vel ho-
norem vel ad simile cassio⁹ Qui si aliqꝫ contra-
rium patitur blasphemare et murmurare nō
desinit Nos autem pio corde omī tempore col-
laudamus dn̄m qui salutem nrām semper
in adversis et in ꝓsperis operatur nycho⁹ et introibit usqꝫ
in progenies patrū suorum descendens cū
eis ad infernū sicut fuit imitator paternorum
scelerum ioīn⁹ Magis in diviciis qꝛ in deo spe-
ravit sicut parentes eius Ideoqꝫ de eo dicitur
Eiicite eum in tenebras exteriores ibi erit fle-
tus et stridor dencium cassio⁹ patres enī ipsi-
us appellavit non tm̄ ex semine carnis quorum
quorum mores imitacione secuti sunt sicut in evan-
gelio dicit incredulis vos ex patre dyabolo estis
addit et usqꝫ in eternū nō videbit
lumen nycho⁹ Nam hic non habet lumen
gracie nec in futuro habebit lumē
glorie aug⁹ quia et hic cum esset in tenebris
erat gaudens in falsis bonis et non amans
vera bona Et ideo hinc ad tartarum ibit et a
tenebris sompniorum excipient eum tenebre tor-
mentorum sed quare hoc Quia homo cū in hono-
re esset non intellexit cassio⁹ Nam quāvis peccator
in honore sit dum vivit tamen quia portat
dei ymaginem idest habet racionem s'm quā
deberet suo creatori obedire recte dr̄ dignitatē
suam non intelligere dum talia facit q̄ ab
ipso creatore vult divino discrepare ppter qd̄ conpa-
ratus ē iumentis et similis factus ē illis postqꝫ
enī omnia q̄ fuerant discenda premonuit pul-
cerrimū psalmum repetita versus pilite conclusit
ut se peccator a malo proposito removeret cū
notatam deformitatem suam iterata increpa-
cione cognosceret legendus ē igitur sepe ps iste
et in thesauro memorie ponendus qm ipse in
pncipio amonet ut cordis auribus audiatur
Ipse enim testatur eius meritū qui eum mo-
nuit ab universis mūdi partibus studiose
audiendū Totum continet quicquid ad inspecti-
vam quicquid ad moralem pertinet disciplinam
sicut supra pollicitus ē dicens Os meum loqui-
tur sapienciam et meditacio cordis mei pruden-
ciam collectio Discamus igitur fratres mores
nostros conponere temporalia cuncta despicere
honorem transeuntem ꝯtempnere et eternā
glām amare Ad hoc enī dn̄s dedit nobis in-
tellcm̄ ut mandatis eius obediamus Prepit

enim ut amemus celestia et contempnamus ter
rena unde dicit Nolite diligere ea que in domo sunt
ne cum ipso mundo et concupiscencijs eius pere
atis ieroni Deprecemur ergo deum ut ipse nobis
tribuat intellectum quatinus dum ea que uidentur con
tempnimus ad illa que non uidentur bona uideli
cet celestia peruenire mereamur prestante do
mino ihesu christo Cui est honor et gloria in secula seculorum amen

**Deus deorum dominus lo
cutus est** Titulus psalmus asaph
Asaph fuit filius
barachiel qui 2o paralipomenon 6o legitur electus in xo[?]
cantorum magistros ut instrumentis musicis psalleret
domino hic pro nominis sui interpretacione in hoc ti
tulo meruit adhiberi Asaph enim interpretatur
latine congregacio que nunc est in populis christianis
Et loquitur in hoc psalmo de primo et 2o aduen
tu domini christi psalmus enim iste discernit ius
tos ab impijs celestes a terrenis sanctos a pec
catoribus protestatur in quo propheta non se
locutum sed ipsum do nycholaus Ad
minum pronunciat dicens **Deus deorum** cuius intel
lectum sciendum quod in plurali dij aliquando dicuntur
in scriptura prophete et sancti homines quia pre
alijs sunt participes deitatis Et hoc modo dicitur
infra psalmus 81o Ego dixi dij estis et filij excelsi omnes
Et secundum quod exponit saluator Johannis xo capitulo dicens
Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est
secundum hoc **Deus deorum dominus** idest ille qui est ve
quod hic dicitur rus deus est deus
deorum idest sanctorum prophetarum et apostolorum domi
nus christus licet enim sit dominus omnium generaliter
per creacionem tamen sanctorum hominum deus est spe
cialiter in quantum obediunt ei sicut fidelis seruus
domino suo **locutus est** scilicet in humanitate as
sumpta unde ipse dixit
Johannis 8o principium
est qui et loquor vobis **Et vocauit terram
ab ortu solis usque ad occasum eius**
Hic secundum hebraicam veritatem est finis primi ver
sus huius psalmi Et est sensus quod vocauit habi
tantes in terram ab ortu solis usque ad occasum
ad legem euangelicam per se et per apostolos
quos misit in mundum secundum quod dicitur in psalmus 8o In
omnem terram exiuit sonus eorum et in fines
orbis terre
verba eorum **Ex syon species decoris eius**
cassiodorus De hac enim urbe apostoli exeuntes spe
ciem decoris eius idest humanitatem christi dei que
erat speciosa sine peccato annunciauerunt in
toto orbe terrarum ut dictum fuerat ysaie 2o. De syon
exibit lex et verbum domini de iherusalem nycholaus quia
doctrina legis euangelice inde deriuata est ad alias
partes. **Deus manifeste veniet** hic
agit de
2o aduentu christi quando veniet ad iudicium que erit
valde manifestus secundum quod dicit saluator Matthei 24o
Sicut fulgur exit ab oriente et paret in occidente
tem sic erit aduentus
filij hominis unde dicit **Deus manifeste ve
niet** quia christus deus in humana natura ap
parebit in iudicio in qua fuit iudi
catus coram pylato sicut scriptum est in apo
calipsi Et videbit **Deus noster** in quem nos christia
eum omnis oculus ni credimus
dico veniet **et non silebit** augustinus Ipse silet
manifeste modo quia pa
titur cotidie peccatores mala facientes et deum
non curantes Silet adhuc a iudicio occultus
est in celo et adhuc interpellat pro nobis patrem
paciens est super peccatores non exercens iram ip
sos ad penitenciam expectat unde ipse ysaie 42o ait
Tacui semper silui paciens fui quasi par
turiens loquor Ipse veniens ad iudicium
loquitur quasi parturiens in maxima asperita
te et ira peccatoribus dicens Matthei 25o Ite maledic
ti in ignem eternum Quomodo autem aduen
tus eius erit manifestus ostendit cum subiungit
**Ignis in conspectu eius exarde
scet** hugo precedet enim eum ignis materialis
qui comburet superficiem terre et aera in quantum as
cenderunt peccata hominum et fumus ydolatrie
ieronimus hic ignis dupliciter intelligitur hic est
virtutem Illuminat enim et exurit Gaudeant
iusti quia illuminabuntur ab eo Timeant pec
catores quia exurendi sunt ab eo hugo hic
ignis purgabit quicquid purgandum inuenerit
in bonis inuoluet autem malos et exuret si
cut in 9o psalmus dicit Ignis ante ipsum precedet
et inflammabit in cir
cuitu inimicos eius **Et in circuitu eius
tempestas valida** cassiodorus hec tempestas
est que non ventis agitur
sed procellis sentenciarum excitatur Iudicium domini
iudicatur quando impulsa veniet et disceptacio
nem suam nimia claritate raptabitur et erit
valida quia omne genus hominum pro suis meri
tis momentanea scelleritate discernet sicut
dicit apostolus In momento in ictu oculi in no
uissima tuba ieronimus Et separabit paleam
a granis malos a bonis et quos ignis exu
rat tempestas inuoluit augustinus Excuciat ergo
vnusquisque cor suum et videat quid in fidei te
neat Si credimus futurum iudicium fratres
bene viuamus tempus misericordie nunc est tempus
iudicij tunc erit ad
quod iudicium deus veniens **Aduocauit celum
desursum** Glosa Quod sic legitur dominus veni
ens de sursum idest a patre ad
uocabit celum ieronimus idest apostolos et omnes sanctos
qui despectis terrenis que sursum sunt capiunt
et terram idest terrenos peccatores **dis**
hugo Aduocabitur dico hos

cernere idest per suam sniam discernat id est diuidat bonos a malis ieronim9
videlicet vt celestes ponant² ad dexteram et hy
s. pctores ad sinistram collocentur Quib9 dic
turus est in iudicio Ite maledicti in ignem eter
num Et ad sanctos ite in vita eternam cassi9
Et inde quia in pmo aduentu suo dns idisc
te vocauerat omnes vt amoniti in ho mudo
corrigere debuissent sicut in euangelio dicit
Et exierunt in exitus viaru et vocauerunt
quoscuqz inuenirent bonos et malos In fine a
mudi aduocat omnes vt iustos discernat ab
ipys ne vlterius fiant hic confusis habitaci
onibus misceantur dein cetera x²: verba facit
ad angelos qui ministerio suo in fine seculi sac
tos de vniuerso mudo congregabut Quib9 d²

congregate o vos angeli **illi** s. x°. **sanctos eius** quoscunqz fideles qui viz sancti ionim9 **ordinant** idest pdicat et implent **testamentu eius** s. nouu su p vets hoc e **super sacrificia** s. pecudum ionim9 **ordinant testamentu ei9**

qui faciunt ea q in testamento scrie cognoue
runt vt hospitem suscipere elemosina dare
caritati studere hoc enim supra sacrificiu pecu
dum dno constat acceptum hugo In hys miseri
cacionibz enim deus super omnibus sacrifi
cys delectat² nycholaus

et annunciabut celi idest vi spuales **iusticia eius** qua discernet bonos a malis reddens vnicuiqz fm qp meru² **qm deus iudex e** si eni puris homo iudex

posset falli vel corrupi aut vinci cetic ipedi
retur iusticia Si deus est iudex qui nec fal
li nec corripi nec superari potest Et quia
supra dixit propheta deus deor dominus
locutus e gnter determinat qp locutus e di²no

Audi corde in tellige do **populus meus** qp elegi cui legem dedi a quo carne assupsi i c **loquar israel** hugo xps n.

in propa persona predicauit filys israel et
si aliqn alys predicauit vt samaritanis tu
hoc fuit raro qp quasi nichil reputat² respec
tiue propter qd9 dicit Mt 15°. Non sum mis
sus nisi ad oues q perierut dom9 isrl

et testificabor tibi verbis et fcis **qp deus tuus ego sum** di²te autem

testificatus e verbis Johis x° Ego et pater
vnu sumus / factis sepe testificatus e se dm
esse faciendo miracula per imperiu ppria
potestate qd9 e solius deitatis nycho9 Sed qa
iudei dicere possent quia deus noster es. Jo

offerre tibi debemus sacrificia ad qd9 rndet **Non in sacrificiis tuis** s. veteris testamenti nychol9 **arguam te** ta qp

reprehensibilem si omittantur et hoc tpe pas
sionis mee quia vsqz tunc offerenda erant
ex obediencia dei

holocausta aute tua in conspectu meo sut semp Nega-
cio q ponit

in pncipio hu9 versus s. non etiam in ista
clausula intelligitur Et e sensus holocaus
ta tua non sunt in conspectu meo semp idest
de cetero non sunt michi accepta Et hoc modo
loquitur scriptura in ps° precedenti vbi dicit²
Non dabit deo placacionem suam et preciu
redempcionis anime sue Subintelligitur
similiter non dab²

non accipia de domo tua vitulos quasi dicat sicut sacrificia vete ris legis non sunt amplius m accepta racione obediencie ita n² rde idige²e **qm omnia aialia mea st** cassi9 Glo

riosus doc
tor et perfectissimus institutor iudaicu popu
lum volens a rebus carnalibus amouere
et ad spualia sacramenta perducere pecudu
sacrificia iam non dicit exquirenda hugo
Et quia iuxta littera cetera plana st vsqz ad
illum ad versiculum Immola deo sacrificiu
laudis Juxta sensum moralem potest qd9
predictum e intelligi hoc modo

Audi aute cordis idest obe di michi tu qui es **populus me9** qp precioso sanguine redemi Tu inqm audi vt scias qp a te ve lim **et loquar israel** idest tibi qui debes me vide9 in contemplacione **et testificabor** in consciencia tua **tibi qp deus tuus ego su** deus oim su

per potencia
am qua omnes creaui et deus tuus ego sum
per graciam vnde apls ad Ro 8° Ipse spiritus
reddit testimonium spui nro qp sumus fily
dei non in sacrificiis tuis arguam te quia
corde contrito delector vnde psalmus sacrifi
cium deo spiritus contribulat9

holocausta autem tua idest obediencia tua et oraciones tue in quibus te offers tanqz sanitatis icensum hugo **i conspcu meo sut semp** idest mi placent **non accipiam de domo tua vitulos neqz de gregibus tuis hircos** per vitulos intelligunt² inobedientes pp vitulor

in solencia per hircos qui habent exterius asperitatem in pelle significantur ypocrite quasi diceret de congregacione et de conventibus vestris non sunt michi accepti inobedientes ypocrite **Quoniam mee sunt omnes fere silvarum** idest omnes fideles qui in istius seculi nemoribus versantur **iumenta in montibus** id est pastores qui portant onera subditorum in prelatu **et boves** omnes penitentes qui arant terram corporis sui per penitenciam vel boves sunt doctores qui tractant sacram scripturam **Cognovi omnia volatilia celi** idest omnes contemplaciones quorum conversacio est in celis ut dicitur ad philippenses 3° **Et pulcritudo agri mecum est** per pulcritudinem agri significatur honesta vita laycorum qui sunt colendi ut ager diligencia et predicacione prelatorum et doctorum Unde in canticis 7° Egrediamur in agrum commoremur in villis Egrediamur in agrum ad predicandum et commoremur in villis ad confessiones audiendum. **Si esuriero non dicam tibi** Ieronimus Esurire dei non est escas corruptibilibus sed ut faciat quis voluntatem eius Ipse enim sat quia sunt eius quorum bonam conversacionem ipse esurit. **Meus enim est orbis terre** idest sancta ecclesia per orbem terrarum diffusa **et plenitudo eius** Omnes ascribuntur nomini meo quia xpiani dicuntur Sed quia non omnes elegit subiungit nycholaus **Numquid manducabo carnes taurorum** idest numquid delectabor in mactacione superborum **aut sanguinem hircorum potabo** per hircum ypocrisim significatur Sanguis hirci frangit adamantem et lingua ypocrite virum constantem perturbat et frangit Contenciones igitur et simulaciones ypocritarum dominus reprobat quibus nec pascitur nec delectatur. cassiodorus. postquam dominus expressit quod ipse respuit consequenter declarat quod ipse poscit nycholaus Unde amoto sacrificio veteris legis quod fiebat de pecoribus hortatur nos ad sacrificium nove legis quod tradidit nobis de proprio suo corpore faciendum secundum quod dicitur luce 22° Cum dixisset hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur subdit hoc facite in meam commemoracionem unde dicitur **Immola deo sacrificium laudis** idest sacrificium eucharistie quod immolatur cum laudibus divinis cassiodorus Ille profecto digne offert hoc sacrificium qui a terrenis vicia

is est segregatus et moritur seculo ut fiat hostia acceptabilis 3° ioni hoc est sacrificium acceptabile hoc est holocaustum pingue ut laudetur deus ab homine quia creavit quia redemit eum et regnum celeste promittit **Et redde altissimo vota tua** nycholaus que promisisti in baptismo renunciando dyabolo et omnibus operibus eius et hoc quantum ad omnes catholicos Et que promisisti in susceptione sacri ordinis vel in professione religionis et hoc quantum ad clericos et religiosos vel que promisisti in ordine matrimonii et hoc quantum ad coniugatos Tu ergo cuiuscumque status existis si non reddis quod vovisti digne non accipis hoc sacramentum cassiodorus postquam dixit quali sacrificio placaretur nunc oblacionis ipsius premium pollicetur dicens **Et invoca me** hoc precepit ne quis spem haberet in terreno solacio ubi caduca sunt universa et plus infirma solacia et addidit **in die tribulacionis** nycholaus idest temptacionis **et eruam te** sicut dicit apostolus i ad corinthios 10° fidelis deus qui non patietur vos temptari super id quod potestis sed faciet cum temptacione auxilium ut possitis sustinere. **Et honorificabis me** idest magnum auxiliatorem me pronuncians efficieris causa honoris dando aliis exemplum ut me honorent cassiodorus Et quia superius dixerat dominus immolo deo sacrificium laudis Nunc pravos a laude sua excludit ne lingua eorum presumeret deo laudes canere quibus turpis consciencia potest obviare unde dicitur **Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas** que sunt de premiis bonorum et de penis malorum hoc est de illis peccatoribus intelligendum qui corde indurati sunt et ab scelerum suorum pravitate non desinunt Ceterum conversis et penitentibus laudes non interdicit **et assumis** indigna divina clemencia scilicet presumpcione **testamentum meum** tam vetus quam novum **per os tuum** hoc interdicit peccatori ne per os sceleratum atque blasphemum sancta et veneranda verba posse progredi videantur Incipit enumerare scelera eorum quibus dei verbum interdictum esse cognoscitur unde dicitur **Tu vero odisti disciplinam** Odit disciplinam qui ad correcciones iustas iniqua presumpcione renititur Ieronimus **Tu proiecisti sermones meos retrorsum** quia que predicabas non custodiebas

in vita nycolaus deum magis in particulari exprimit vitia peccatorum dicens. **Si videbas furem currebas cum eo** videlicet in furto eius participando vel exemplo illius aliud furtum committendo aut consequendo concupiscentiam oculorum tuorum **et cum adulteris portionem tuam ponebas** quando ei vel in adulteris laudibus vel in consentaneis voluptatibus es adiunctus. cassiodorus quia si quis dando pecunias vel consiliando aut laudando adminicula prebet adultero quibus vota perficiat habere ibi sine dubio dinoscitur portionem Nam si cui facultas suppetit et a malo non revocat excedentem et ipse quoque particeps probatur erroris quia debemus hanc conscientiam caritati ut neque nos neque alios perire patiamur. hec littera ita debet accipi ut in hijs peccatis prohibitis omnia crimina vetuisse videatur ionius Quibus tu peccator amisisti portionem tuam quam cum deo et angelis habere debueras pones id est in inferno cassiodorus postquam de furto atque adulterio arguit peccatores. Nunc etiam de conscientie pravitate et lingue dolositate accusantur cum dicit **Os meum** idest cogitatio cordis mei **habundavit malicia** Tunc enim malicia cordis habundat quando in istius seculi delectationibus mens humana progreditur et per diversa genera peccatorum iniqua voluntate grassatur. **Et lingua tua concinnabat dolos** idest componebat ionius hoc multis modis debet intelligi Nam et qui falsum laudat dolum facit ac qui consilia maligna prestitit in eadem iniquitate versatur Et qui male agendo bene loquitur in hac pravitate deducitur et quicumque postremo verum ac simplex non fuit dolosis modis applicatur Aptissime autem positum est concinnavit quia decipientium mos est sic falsa componere ut in aliquo lepore verborum audientium auribus blandiantur. Sicut alibi dicendum est mollita sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula hugo consequenter redarguit peccatorem quia imponit fratri falsum crimen dicens **Sedens** cum studio nocendi **adversus fratrem tuum loquebaris** nycholaus falso ipsum accusando in iudicio vel calumpniose ipsum obiurgando **et adversus filium matris tue** idest adversus proximum tuum cassiodorus qui est filius matris tue videlicet ecclesie catholice qui tibi per regenerationis partum secundum caritatem coniunctus est **ponebas scandalum** nycholaus prebendo ei occasionem ruine ex verbis tuis malis et factis ieronimus **Hec fecisti et tacui** quia examinando ea futuro iudicio reservavi nycholaus Deus enim mala nostra non statim punit sed frequenter secundum ordinem sapientie sue differt Et ideo videtur malis quod non debeat alias punire Ideo subdit **Existimasti** tu **inique quod ero tibi similis** idest quod non displiceant michi peccata tua eo quod statim punio ipsa sed expecto tempus debitum saltem in morte. Ideo subdit **Arguam te** ieronimus vel in iudicio futuro cum in sinistra parte sedis mee fueris collocatus **et statuam** tunc peccata tua **contra faciem tuam** hugo quia peccata tua te accusabunt per remorsum conscientie quasi quedam persone stantes contra te cassiodorus per hanc autem sententiam futuri iudicii cognoscimus qualitatem quia omnis peccator ante se videbit stare quod se putabat oblivionis beneficio preterisse horror immensus formido inextimabilis id est homines videre per quos se noverunt ad eterna supplicia pervenire Unde ieremias 2o ait Arguet te malicia tua hugo propter quod propheta monet peccatores ut peccatores dicens **Intelligite** idest in corde vestro **hec** videlicet supradicta quod deus nolite minus reprobet et quod requirat **qui obliviscimini deum** cassiodorus idest qui contemptis iniqua presumptione precepta ipsius **nequando** idest ne aliquando **rapiat** id est rapi vos permittat nycholaus de presenti vita ad mortem vel ad iudicium **et non sit qui eripiat** quia in inferno nulla est redemptio cassiodorus quando dominus ad vindictam trahit non est qui liberare possit ad ictum quippe cum et ipse auctor criminum eterna cruciatione dampnet. **Sacrificium laudis honorificabit me** non quale scelerati canunt sed quale pura mens consuevit offerre Ipsum enim sacrificium laudis honorat dominum quod puritate fidei et actionum probitate fuerit immolatum nycholaus de omni bono quod sancti faciunt deus honoratur. Unde dicit sanctus paulus Omnia quecumque facitis in verbo aut in opere omnia in gloriam dei facite ut secundum evangelium videant opera vestra et glorificent patrem vestrum qui in celis est augustinus Ab hoc sacrificio excluduntur qui male vivunt et bene dicunt qui male vivendo offendunt deum non laudant. Beda. Et

illic iter [*Ambrosius*] Christi iter per opera sanctorum. **in quo ostendit illi salutare dei** [*Hugo*]: idest manifestabo illi me ipsum qui precepto dei patris salvavi mundum vel illic [*Cassiodorus*] hoc est in sacrificio laudis est hoc est beatissima psalmodia que ducit ad dominum Christum. [*Glosa*] semita que ducit ad celi terreque creatorem. Verum istud iter non pedibus sed sanctis mentibus ambulatur. Quod si puro corde gradiamur nos ducit ad Christum sitque nobis illa scala iacob que ascendentes perducebat ad celos [*Augustinus*] In principio huius psalmi oportet nobis valeat sermo dei ad correctionem vite nostre et ad spernanda premia eius que penas metuendas unusquisque in se meditatur et conscientiam suam ante oculos eius sine dolo ponat nec sibi blandiatur in tanto periculo quoniam et ipse deus noster nulli blanditur. Et si consolatur nos promittendo bona sua et confirmando spem nostram male viventibus tamen et contemnentibus verbum suum omnino non parcit Interroget se unusquisque dum tempus est et ubi sit videat et an perseveret in bono aut mutetur a malo Hic enim dicit in hoc psalmo non quicumque homo aut quicumque angelus sed deus deorum locutus est [*Collector*] In quo psalmo horribili commonitione nostris incutitur mentibus iram extremi iudicii dies metuenda de qua Sophonias propheta primo dicit dies ire dies ire dies tribulationis et angustie dies calamitatis et miserie dies tenebrarum et caliginis dies nebule et turbinis dies tube et clangoris In qua universorum actus durissima examinabuntur discussione Quapropter preveniamus faciem eius iudicis in compunctione cordis fletu lacrimarum priusquam ab hac vita rapiamur ad iudicium dum adhuc nobis tempora restant penitudinis quatinus ab hac terrestri domo nostra educti placatum inveniamus dominum ac redemptorem nostrum ihesum Christum Cui cum patre et spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum Amen

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

Titulus psalmi David cum venit ad eum nathan propheta quando intravit bersabee Sciendum quod hoc non fuit immediate post adulterium quod commisit david cum bersabee sed quando post mortem urie david accepit ipsam in uxorem Tunc venit nathan ad arguendum david de peccato adulterii ut habetur secundo Regum duodecimo Crisostimus super eundem psalmum Nathan igitur propheta veniens arguere david de peccato suo non dixit o inique o immunde o adulter o homicida sed sententiam qua sanaret vulnus peccati ad tempus abscondit sub umbra parabole dicens / duo inquit viri erant in civitate una unus dives et alter pauper dives habebat centum oves pauper sola una dives pauperi vicino abstulit solam suam ovicula Iudicando igitur david dives qui hoc fecerat dignus esset morte Respondit nathan sic tu fecisti qui cum multas uxores et concubinas haberes uniam quam habebat urias rapuisti / david ergo velocius rediens ad conscientiam dixit peccavi domino Statimque propheta adiecit dominus transtulit peccatum tuum non morieris hec dico ut audiant peccatores et qui in multis delictis sunt non desperent medicinam divinam feliciter peniteant Attendat quod bonitas et indulgentia clementissimi dei sine mora secuta est / post confessionem fidelissimi famuli eius Unde alter propheta ait dic tu prior iniquitates tuas ut iustificeris [*Cassiodorus*] Consolationis quidem nos invitat repentina confessio petri lacrimas subito gaudens fuisse respectas blanditur nobis momentanea humilitas publicani / david autem non sua peccata plurimis nititur detergere dedit exemplum unde se generalitas possit absolvere Crisostimus considerate igitur diligentius sive iusti sive peccatores utrique enim parati utilis est psalmus iste / peccatori autem ne semetipsum despiciat aut propter magnitudinem peccatorum suorum de dei clementia desperet Iusto autem ne in prosperitate aut aliqua pacis securitate consistens per negligentiam aut desidiam obtorpescat Quis enim de se possit dolere quando prophetam audierit in tantis lapsum peccatis de quo ipse deus tale protulerat testimonium Inveni david filium iesse virum secundum cor meum Iste inquam vir qui bestias superavit qui goliam interfecit leonem suffocavit qui ursum constrangulavit ut habetur primo Regum 17o qui in regali culmine vitam monachi imitabatur dicebatque Non margaritis ornabo lectum meum sed lacrimis per singulas noctes lavabo stratum meum In die preparabat premium et nocte deum vocabat ut si forte in die aliquid contraxisset peccati per noctes lacrimis expiaret et tamquam in portu quietis degens familiaris colloqueretur deo Iste autem talis ac tantus vir spiritus sancti gratiam habens in iuvenili etate senior qui usque ad ethera celi pervenit ut deum mereretur laudari post victoriam bellorum post sobrietatem post castitatem post modestiam cum optinuisset regnum gentesque subiugasset et pax universa teneret tunc negligentior et segnior factus est ut addiscatis quam bonum sit tribulatio que tamquam virtutum omnium mater est Interea dum hec securitas esset contigit ut deambulans in meridie in solario domus regie curioso oculo videret mulierem ex adverso se lavantem et concupisceret eam Erat enim mulier pulcra valde Pulcritudo non est in culpa quia pulcritudo est dei donum / sed quod est speciosa mulier sepulcrum dealbatum nisi fuerit sobria casta et pudica pulcritudo est sine hys virtutibus patens

precipicium venenum insipientibus appositum de
cus enim corporis infirmitate marcessit et
pulcritudo egritudine tabescat Anime autem
pulcritudo immortalis est et eterna Videns itaque
david mulierem multis speciosam sagitta
libidinis tactus est corde per fenestras oculorum
Audiant curiosi qui pulcritudines considerant
alienas in spectaculis theatralibus et ad excusan
das excusaciones in peccatis Spectamus quidem
sed non nocemur / david tantus ac talis lesus est
et tu te putas non posse ledi Ille lesus est qui tan
tam habebat spiritus graciam et tibi quomodo potero
credere sine vulnere evasisse. Et ille quidem
non vidit meretricem nisi de solario domus
sue Tu autem in theatro ubi et locus condempnat
animam sapientem ibi enim non solum vides res
infaustas sed eciam audis spurciloquia ex
ipso incessu meretricis habituque mollicie ubi
auditu et cantu dyabolico leduntur aures et
undique percutitur mens tua Et cum tante
sint corruptele tantaque pericula quomodo possum
tibi credere quod a talibus bestiis vulneratus non
sis Numquid lapideus es aut ferreus es et non ar
debis pone lucernam in fenum si potes dicere
quod non exuritur fenum Quod autem fenum est
hoc est nostra natura augustinus Attendenda est ergo in
firmitas carnis et recordanda sunt verba a
postoli dicentis non regnet peccatum in nostro
mortali corpore Non dicit non sit sed non reg
net Inest peccatum cum delectaris regnat si con
senseris sed inquies fortiter me teneo numquid tu
forcior quam david cassiodorus O peccata in rebus letis
simis plus cavenda / david in saulis perse
cucione numerosas virtutes exercuit qui po
situs in regni securitate deliquit Quo facto
docemur felicitatem mundi istius non oportere
perquiri quia magis in afflictione proficitur et in pros
peritatibus plerumque peccatur / david itaque ex
emplar penitencium non excusans peccatum su
um sed ipsum publice confitens misericordiam domini
humiliter im
plorat dicens **Miserere mei deus** hugo quia
miser factus sum per peccatum quia ut habetur
primo regum Miseros facit homines peccatum Et quia
magna est miseria
mea miserere mei **secundum magnam mise
ricordiam tuam** ionius Est minor mi
seria hoc est quia homo cum non esset ex nichilo
creavit illum deus ut esset et regit ac guber
nat Maior misericordia dicitur quando ipsum hominem
quem creavit recreavit et in futuro remunerat
cassiodorus Quis enarrare sufficiat quanta sit dei mi
sericordia ut mundi creatorem de celo deponeret
et terreno corpore indueret conditorem cum quo
in eternitate patri manet equalis mortali
tate coequaverit et nobis formam servi domino
mundi imposuit ut ipse panis esuriret fons vi
te sitiret virtus infirmaretur vita moretur
Que denique maior misericordia quam propter nos crea
ri creatorem servire dominatorem vendi redemp
torem humiliari exaltatorem occidi vivificato
rem hec erat illa magna misericordia domini quam
sanctus vir explicare non poterat se facile se per eam
credebat absolui per quam humanum genus iam
tunc cognoscebat
posse liberari. sequitur **Et secundum multitudinem
miseracionum tuarum** Glosa deus misericors est in natura
et miserator in effectu nicholaus implorando mise
racionum multitudinem ostendit sue culpe mul
tiplicitatem dicens ieronimus Confugio ad mise
raciones tuas et gravibus vulneribus tyriacam
remissionis infun
das unde subdit. **dele iniquitatem
meam** cassiodorus precatur ergo in omnibus delictis
suis pietatis multitudinem ut prima me
reretur evadere que diversis temporibus se memi
nerit perpetrasse / prudentissime autem delicti
nullum volebat remanere vestigium quia ille
solus in libro vite conscribitur cuius omnia peccata
delentur Crisostimus super eundem psalmum Sed dya
bolus penitentis fiduciam in tanta misera
cionum domini multitudine fixam obscurare
nitens huiusmodi suggestionibus eum pulsat dicens
Omnem iuventutem tuam omnem vitam tuam perdi
disti / ante eras in theatro cum amicis in cho
rea cum sodalibus in lupanari cum meretrici
bus deinde rapuisti avaricie studuisti periurasti
blasphemasti Que tibi iam spes salutis est peristi
fruere ergo iam vel presentis vite voluptatibus
ducito in leticia cor tuum Hec dyaboli verba sunt
ista inimici consilia sed mea contraria sunt
verba Si lapsus es poteris surgere / peccasti poteris
salvari / fornicatus es sed poteris te continere.
ad spectacula currebas sed revocare pedem ubique poteris
et in utraque parte liberum habes arbitrium tamen
vel parva incipiat esse confusio tua paululum
penitere redi ad conscienciam tuam et funde lacri
mas Considera temetipsum propone ante oculos
tuos iudicii diem et paradisi delicias que pre
parantur sanctis peccasti penitere et confi
tere domino adhuc vivus eciam in ipso lacu positus
eciam si dici potest expirans penitere eciam de hoc
mundo exiens ut de hac compede libereris ut ipse
dicatur temporis angustia misericordia domini Quomodo inquit
et qualiter mille criminibus obnoxius sum non
possum in novissimo die penitere potes et
valde potes karissime In exitu tuo deum cogita
testamentum relinque pauperibus Tunc illic va
dis et opera tua maneant. Nolo michi dicas
unde nosse potero si qualemcunque veniam ha
beo ubi misericordia dei imploratur Questio non expeti
tur misericordia dei inestimabilis sine fine est que com
prehendi non potest superans omnem sensum
Quid enim est peccatum ad domini misericordiam tela ara

nec quam vento flante nusquam compareret hec dico non vt negligenciores vos faciam karissimi sed vt ad fidem vos salutaris expectacionis adducam Seneca.

Amplius hugo Idest multum. Translacio tamen habet **vsquequaque** idest a pena et a culpa **laua me ab iniquitate mea.** quam commisi in proximum **et a peccato meo munda me** Quod in meipso contraxi per voluntatem carnis mee Acsi dicas tu potes michi plus remittere quam ego te intelligam rogare Sed penitens induat persuasionem ad impetrandam predictam remissionem dicitur **Quoniam ego iniquitatem meam cognosco** cassiodorus Illi probantur cognoscere peccata sua qui ea videntur propria excitacione dampnare perfecta enim penitencia est futura peccata cauere et preterita lugere hugo. Et quia ex cognicione iniquitatis mee penitendo Ideo. **peccatum meum contra me est semper** in consciencia remordente cassiodorus Iuste ergo petebat absolui qui iam hanc formam illam visus est sibi fecisse futuri iudicij hic ergo quasi iam in futuro iudicio constitutus delictorum suorum aspectus deterrimos pertimescat Crisostomus Si ergo tu memor sis peccati tui Deus non erit memor vnde ipse ait Ego sum inquit dominus qui deleo iniquitates tuas tu vero memor eorum esto vt quod ego memor sum vt gracior sit misericordia mea vt sencias et cognoscas quid te concesserim Sancti enim virtutes non meminebant sed peccatorum suorum memoriam in publicum reuocabant Tu ergo boni si quid operatus absconde et peccatum tuum confitere Quia peccare non erubuisti nec erubescas confiteri habeto codicem consciam tuam et scribe peccata cotidiana Et quia per diem te occupat iniunctum negocium et confabulacio amicorum domesticorum necessitas filiorum cura et vxoris sollicitudo et malicie timor et mille te circumdederunt cause Ideo cum in lectulum veneris vt sopori membra concedas et nemo tibi molestus est, nemo te pulsat antequam veniat tibi sompnus aperi codicem consciam tuam reminiscere peccata tua Si quid in verbo in facto vel in cogitacione peccasti hoc enim dicit in 4o psalmo quod dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini dicito anime tue in corde tuo illi et quomodo o anima expendimus diem Quod boni fecimus, aut quod mali operati sumus Si quid boni fecisti gracias age deo Si quid vero mali de cetero non facias Et reminiscere peccatorum tuorum effunde lacrimas et poteris in lectulo tuo ea delere Propone tibi timorem gehenne iudicium terribile faciendo tibimetipsi et prepara ad confessionem cogitatum tuum vt non in futuro die peccata tua recordentur Si sic contra te peccatum tuum esse per certe veniam consequeris nycholaus **tibi soli peccaui** scilicet tanquam iudici et punire potenti peccauerat enim contra veram occasionem adulterij et homicidij tamen quia erat rex non habebat iudicem superiorem qui posset eum punire nisi deum vnde beatus ysidorus in libro de summo bono ait facta sub ditorum iudicium a nobis vita autem deus iudicat hugo. **et malum** commissum in proximum **coram te feci** idest te presente et vidente qui vbique es et omnia nosti cassiodorus Arguit ergo demenciam suam qui non expauit tanto iudice presente peccare hugo Et quoniam coram te peccaui oro vt mundes me **vt iustificeris** idest vt iustus et verax iudiceris **in sermonibus tuis** quibus promisisti veniam peccatoribus penitentibus dicens ezechielis 18o Quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor amplius **et vincas** idest superes omnes alios iusticia **cum iudicaris** idest cum michi et alijs in iudicio comparatis vnde Iob 25o Numquam iustificari potest homo comparatus deo vel penitens confitetur hic homo peccatum suum dicens **tibi soli peccaui** qui solus sine peccato es Ideo tu solus vere potes arguere et punire peccatores glosa. Ille est iustus reprehensor qui non habet in se quod reprehendat. **et malum coram te feci** quem nullum latet secretum ieronimus **vt iustificeris in sermonibus tuis** Iustificatus es domine ihesu in sermonibus tuis ductus pro populi peccatis ad mortem non est inuentus dolus in ore tuo **et vincas cum iudicaris** vicisti iudicatus cum in te nichil dignum morte princeps tenebrarum inuenit vicit christus dyabolum vicit et mortem vnde osee 13o dicit Ero mors tua o mors Consequenter penitens allegat peccatum suum remissibile ex humana fragilitate dicens **Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum** nycholaus quia homo ab adam per carnalem generacionem in vnione anime ad corpus contrahit originale peccatum quod est ad peccata actualia inclinatiuum racione fomitis remanentis Eciam in illis qui mundati sunt ab originali iniquitas eius est culpa Thomas in compendio Nam culpa originalis peccati in baptismo quantum ad reatum dampnacionis purgata adhuc remanet fomes et pronitas peccandi quantum ad fomitem

concupiscencie cum qua nos oportet secundum vi unius pugnare Cassio9 Unde apostolus ad Ro 7° ait Scio quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum et infra Video aliam legem idest naturam pronam et peccatum in membris meis repugnantem legi idest rationi mentis mee Gregorius xi° moralium huic est quod homo plerumque temptatur nolens et inmunda quedam patitur quamuis ex iudicio rationis relictetur quia conceptus de inmundicia ad inmundiciam tendit hoc conatur vincere quod est Quisquis autem occulte temptationis motus atque inmundicia cogitationis emersit neque sibi suam inmundiciam tribuit quia de inmundo conceptum semine mundum nullus facere potest nisi qui mundus per seipsum solus est Hugo Et licet non sit nisi unum originale peccatum tamen dicit in iniquitatibus conceptus sum propter pluralitatem sequele scilicet miserie et pene vel propter pluralitatem nominum originalis peccati habet enim quidem nomina ut colligi potest in glosa ad ro. co. et hoc capitulo **Et in peccatis concepit me mater mea** idest in concupiscentiis libidinis quod peccatum esset nisi per bonum coniugii excusaretur Augustinus Nemo nascitur nisi trahens penam mortis et meritum pene idest peccatum originale ex adam Dicit et alio loco propheta Nemo mundus in conspectu tuo nec infans unius diei super terram Non igitur in iniquitate concipiunt homines et in peccatis a matribus aluntur quia peccatum est miscere coniugibus sed quia id quod fit utique fit de carne penali pena enim carnis mors Unde apostolus ait Corpus quidem mortuum est propter peccatum opus hoc castum in coniuge non habet culpam sed origo peccati trahit secum debitam penam Erat enim dominus mortalis sed non de peccato suscepit penam nostram soluit culpam nostram Merito ergo in adam omnes moriuntur In christo autem omnes vivificabuntur Cassio9 Sicut enim predicto versu per quod delictum approbauit quia nemo a peccato recederet exceptus Sic iam per suam confessionem sibi supplicat subueniri quam in confitendo peccatum veritatem asserit dicens Hugo **Ecce enim veritatem dilexisti** in confitente seipsum accusante quia si ipse accusat tu excusas ignoscis confitenti seipsum tamen punienti Cassio9 Non enim delectatur deus penis nostris sed confessione quia ei orat Sicut scriptum est Nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat **Incerta et occulta sapiencie tue manifestasti mihi** Augustinus Que incerta et que occulta quod videlicet deus ignoscit talibus magnis peccatoribus nec tamen incertum quod occultum adhuc incertum niniuite penitencia egerunt postquam enim Jonas propheta denuntiauerat dicens Adhuc xl dies et niniue subuertetur Ipsi niniuite predicauerunt ieiunium et vestiti saccis atque penitenciam agentes dixerunt Quis scit si conuertatur et ignoscat deus et reuertatur a furore ire sue et non peribimus Incertum erat enim dixerunt Quis nouit De incerto penitenciam egerunt certam misericordiam meruerunt hoc incertum et occultum patefecerat deus seruo suo dauid Nam cum ipse nathan prophete ipsum arguenti respondisset peccaui Statim audiuit a propheta idest a spiritu dei qui erat in propheta dimissum est tibi peccatum tuum Lyra9 Unde dauid cum omni fiducia petit gratie restitucionem Et primo petit graciam iustificantem dicens **Asperges me domine** idest aspergas hebrei non habent optativum modum sed pro eo utuntur futuro indicativo **ysopo et mundabor** Loquitur de mundatione spirituali per modum emundationis corporalis quia emundacio leprosi et contaminati ex tactu morticinii fiebat cum ysopo ut habetur in leuitico et hoc confitetur dauid se incurrisse lepram et mortem **Lauabis me** idest laues me spiritualem aqua gracie tue de qua dicitur ezechielis 36° Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris **Et super niuem dealbabor** quia dealbacio spiritualis maior est corporali et melior quanto spiritualia corporalibus preferuntur Hugo Aliter ysopus est herba pussilla petronis locis radicatus adherens tumorem pulmonis sanans unde significat humilitatem que in christo petra radicatur et tumorem superbie sanat Dicit ergo **Asperges me domine ysopo** idest penitencia humili **Et mundabor** a peccatis per contricionem **Lauabis me** scilicet fonte lacrimarum vel per confessionem **Et super niuem dealbabor** per satisfactionem et bene dicit super niuem quia candor iustificate anime omnem superat candorem visibilem certatur **Auditui meo dabis gaudium et leticiam** Iero9 Cum iacens in infirmitate peccati audire merueris homo dimissa sunt tibi peccata tua Cassio9 Gaudium pertinet ad absolutionem leticia ad perpetua premia possidenda hoc est autem audire gaudium et leticiam quod premittitur absolutus Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi Et audita hac voce **Exultabunt ossa humiliata** idest virtutes que prius fuerant peccatis humiliate vel **Exultabunt os**

sa hūiliata nicho[9] idest tanta erit excul tacio in mente mea qp redū dabit ad corpus meū in terra hūiliatū q̄a ex pnia dauid iacuit in terra vt habet[z] 2° Re 12°
Auerte faciem tuā a peccatis meis vt non despicias āpli[9] ea ad puniend̄ **Et omnes iniquitates meas dele** sicut delentur scripture cassio[9] quia omne pc̄m vēm quasi q̄busdam tabulis scribitur cum in diuina noticia continet[z] Salutari enī ꝯpendio q̄ꝙ accusari poterat remitti sibi sub vna venia postulabat nicho[9] Et quia hoc non potest fieri sn̄ gr̄a iustificante Ideo repetit peticionē iā positam de iustificacione per grām di[c]ns **Cor mūdū crea in me deus** et dicit crea quia gr̄a iustificans a deo in anima creat[z] hugo petit naturalū restitucioēm quia per pc̄m vulneratus fuit in naturalibus et spoliatus in gratuitis vnde gn̄ter petit restitucionem gratuitorum di[c]ns nichola[9] **Et spm̄ rcm̄** idest recte tendentē in deū **inoua in visceribus meis** hoc est ī corde meo qd[9] fit per gracie restitucioēm Augu[9] qn̄ se homo facit pnum ad terrenas concupiscēcias icuruatur cor quodā° Cum autē erigitur ad superna rcm̄ fit cor eius vt bonus sit illi deus hugo de rectificacione sp̄s d[r] Aug[9] Sp̄s rect[9] ē quo fit vt aīa in veritate q̄renda deuiare atꝙ errare non possit vnde in hȳno sp̄s sancti dicit[z] Ductore sic te p̄uio vitem[9] omne noxiū **Ne piciās me a facie tua** cassi[9] piciatur a facie quia creari ꝯtempnit Videbat enim ab illius facie sanitatē mentis et lumen venire sapie et credebat se iniuo tradi si a vultu dn̄i iudicaretur expelli **Et spm̄ scm̄ tuū** hugo idest spm̄ ꝓphie vl° donū sp̄s sancti q̄ pc̄m meum cognosco ꝯfiteor et peniteo. **Ne auferas a me** per hoc petit perseuerancīā et pn̄i[az] sp̄s sancti ꝯtinuā **Redde michi** peitenti augustin[9] **leticiā salutaris tui** vtiqꝫ xp̄i tui quia peccando amiseram hebr̄ca littera habet leticiam ihū tui Quis enī sine illo sanari potuit quia et anq̄ de maria nasceret[z] In p̄ncī° erat verbum Et ita sc̄is patribus dispensa° suscepte carnis futura credebat[z] Sicut a nob[9] facta creditur tempora variata sn̄t nō fides hugo **Et spū pn̄cipali** idest gr̄a sp̄s sancti **confirma me** vt de cetero in pc̄m non cadam Et cū ignorauerīs michi pc̄a atꝙ gr̄a tua fuero confirmat[9] Non ero exinde ingrat[9] q̄a **Docebo iniquos vias tuas** nicho[9] quasi dicat si michi penitenti grām tuam restitueris homines iniqui ex pnia mea edocti penitebunt et seq̄ntur vias tuas .i. mādā tua **Et impij ad te conuertentur** p̄ penitenciam ioni[9] vt declinantes a viajs p̄uis pn̄iam agentes miām conseq̄ntur sicut ego a te miām consecut[9] sum iniquitas exercetur contra proximū aug[9] Impietas d[z] apostotare a deo videlicet vnū deum non coluisse aut qp colebat dimisisse Ac si dicat ita plenus es adpꝑe miē vt a te conuersis non so[m] q̄buslibet pc̄oribus sed etiam impijs non sit desꝑandū hugo Et quia pessima seruit[9] ē subdi peccatis et p̄apue peccatis carnalib[9] quia magis notabilia sunt in predicacione Ideo s̄pat[z] dic̄es **libera me de sanguinibus** idest de peccatis carnalibus aug[9] Ad ip̄a peccata respiciens apl̄s q̄ veniunt de corrup[c]ōe carnis et sanguinis ait Caro et sanguis regnū dei non possidebunt Attendentes g̃ multas iniquitates suas et eas tribuens corrupcioni carnis et sanguinis libera inquit me de sanguinibus Omīs nouim[9] latine non dici sanguines nec sanguina tn̄ quia ita grecus posuit in plurali nūo eo qp hoc inuenit in p̄ma lingua hebrea Ideo maluit potius itp̄res minus latine ād dicere cassi[9] qp a veritate posita discrepare Nam si diceret a sanguine vnū forsitan pc̄m videret[z] ondere sed cum pluralem nūm ponit multa esse sine dubio confi tetur **Deus deus salutis mee** sicut dn̄m saluatorem per qp credentibꝫ dat[z] Addid[r] eciā **Et exultabit** idest cum exultacioē laudab[t] **lingua mea iusticiā tuam** idest si liberaueris me de p̄ccatis meis tunc lingua mea iuste laudabit te propter id qp in p̄terito ꝑs dām ē peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas Absolutus enī recte potuit loqui vnde pc̄orem lex diuina suspendit Illud preterea videt[z] afferre nōnullis aliq̄ questione quare post absolucioēm delicti diceret laudabo iusticiam tuam et nō magis qp aptum erat posuit pietatem vel misericordiam tuam sed si causam ꝓfunda racione consideres iusticie diuine fuit vt audiret se clamante parceret supplicanti suscperet confitentē hugo Mie enim dei ē q[r] dono pn̄° infund[r] grām pnie Iusticie autem ē qp parcet iam penitenti eo qp ꝓmisit. **Dn̄e** et hanc dicit se velle exultādo laudare

labia mea aperies idest apertas da
do michi graciam.
nycholaus hebrei enim non habent optatiuum modum
sed pro eo vtuntur futuro indicatiuum vt dicitur est su
et os meum quod clausum
erat per peccatum **annunciabit**
hugo **laudem tuam** qua curatus sum qua
peccans derelictus sum
qua vt seruatus essem non mundatus sum nycholaus
petit ergo restitucionem gracie quia illi soli qui
sunt in gracia possunt debite coram deo os aperire
ad ipsum laudandum quia non est speciosa laus
in ore peccatoris ecclesiastici 15 hugo Ideo enim tibi lau
des offeram quia non vis amodo sacrificium
pecudum
vnde subdit **quoniam si voluisses sacrifici
um** pecudum **dedissem** idest optulissem si
cut eo tempore pro
expiacione peccati dabatur Sed ego videns in spiritu
tempus in quo ista cessabant Scio quod non vis
amodo ex isto tempore sacrificium pecudum vnde
subdit **sacrificium** acceptum deo est. **spiritus contribu
latus** idest cum corde tribulatus et vexatus
per penitenciam vt spiritus dolore et corpus la
bore efficiatur cassiodorus Ex hoc enim sacrificio non
sanguis egreditur sed lacrimarum fluenta de
currunt Sequitur enim huius sine indubitata
promissio
cum dicitur **cor contritum et humiliatum
deus non despicies** Contritum dicit pe
nitencie laboribus
vehementer afflictum humiliatum vero scilicet vt quod
ante fuerat elacione superbum fieret pia confes
sione deuotum ieronimus Multi enim habent cor con
tritum sed non habent humiliatum quia plan
gunt quod fecerunt et postea ad ipsum reuerti de
siderant quod antea fecerunt et de preteritis no
lunt penitere cassiodorus perquirendum sane vide
tur quod frequenter in scripturis diuinis intelligencia
cordis nuncupatur dicit dominus enim in euangelio de corde exeunt
cogitaciones male Et petrus apostolus symoni ait
Cor enim tuum non est rectum coram deo psalmus. quod
testatur Induratum est cor populi huius Et in eodem psalmo
vsque quo graui corde hic quoque superius dixit. Cor
mundum crea in me deus vt cunctis indubita
ter appareat ibi esse cogitacionum nostrarum fontem
vnde bonum malumque venire tractatum est quem supplicat
vt quam synagoga posita sub lege peccauit
per graciam christi succedens syon hoc est ecclesia catholica
firmetur dicitur
cens nycholaus **benigne fac domine in bona
voluntate tua** idest secundum dulce
dinem misericordie tue. **syon** hugo
idest ecclesie catholice que deum speculatur per fidem
et spem Nam syon speculacio interpretatur.
vt edificentur muri ierusalem idest sacra
menta ecclesie ieronimus que sunt municiones fidei quam
in ecclesia positi in te collocamus Et tu tu domine
construxeris et
ecclesia Glosa: **Tunc acceptabis sacri
ficium iusticie** ieronimus idest confessionem
ex ore peccatoris. **obla
ciones** idest lau
daciones **et holocausta** quia
fide
les se totos offerent hugo Illi se totos offerunt
deo in holocaustum qui abnegantes semet
ipsos christum nudum nudi sequuntur cassiodorus. Obla
ciones igitur et holocausta iam ad fideles
pertinent christianos qui erant post aduentum
domini credituri significans immolanda cor
da hominum viuencium non membra pecudum mor
tuorum Illa redigebant in fauillas penitus Ista
temporaliter animas tribulacionibus excuren
do ad amenum paradisi gaudia eterna perdu
cunt quando ecclesia catholica fuerit domini
Sequitur **tunc** passione constituta fideles ieronimus **im
ponent super altare tuum** quod est fides
quia quicquid
offers per fidem
offerre debes. **vitulos** laudis vel cogita
cionis Vnde osee
vltimo Reddemus vitulos labiorum nostrorum augustinus
vel vitulos idest innocenciam noue vite cassiodorus
Illos enim vitulos debemus accipere qui ani
mas suas in hostiam suauitatis sacris alta
ribus optulerunt hugo Ad literam enim muri
ierusalem pluries edificati sunt atque destructi.
Vnde sciendum est primo quod edificati fuerunt per
salomonem qui clausit ierusalem triplici muro
vt habetur 3o regum 3o hos autem destruxit Joas
vt habetur 2o paralipomenon 25o Secundo edificati sunt per ozia
2o paralipomenon 26o et postea destructi per nabuzardan si
cut habetur in fine regum Tercio reedificati sunt per
neemiam et destructi sunt postea ab anthioco rege
syrie sicut habetur 1 machabeorum 1o Quinto reedifica
uerunt eos quos postea adrianus cesar penitus
destruxit cassiodorus dulcissimus emanauit nimis
psalmus de amaro compunctionis fonte descendens
Sed quod lacrimarum israeliticum populum tunc
profudisse credamus vbi tanta princeps afflic
cione plangebat Quis enim isto flente non
fleret quis illo dolente non gemeret quando
proiecto dyademate rex cinerem gestabat in ca
pite canus puluere non etate Noluit enim
se videri forinsecus ornatum qui se intus no
uerat esse fedissimum / hinc est quod dum in hoc
libro septem psalmi penitenciarum esse doceantur
ecclesiarum vsu receptum est vt quociens peccato
rum venia petitur per istum magis domino
supplicetur Nec immerito quoniam in nullo psalmorum
qui penitentibus nostris est tantus virtutis humi
litas inuenitur vt rex potens et in prophetali cul
mine constitutus tamquam extremus hominum sua
festinauerit peccata deflere deinde quia post
absolucionis promissione tanta se constringit

nitate lacrimarum quasi eum minime fuisset
ignotum Non enim hic vt in ceteris penitencialibus
ps ad difficile dicitur quale est 1° quod in 31° ps
dicitur Grauata est super me manus tua con
uersus sum in erumpna mea dum confi
gitur spina Non 1° quod in 37° ps ait Con
putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee
a facie insipiencie mee Nec 1° quod in c° ps
dicitur Quia cinerem tamquam panem manduca
bam et poculum meum cum fletu miscebam
Non 1° quod in C° xxix° ps dicitur / de profundis cla
maui ad te domine Sed dauid rex a propheta corrrep
tus et peccati sui agnicione perterritus petit a cle
mentissimo iudice vt per misericordiam ipsius absolu
tus sordibus omnium peccatorum reddatur omnino mundissi
mus quem vero propheta dauid preuidebat sequentes po
pulos per istum psalmum copiosissime prius veme
dia petituros merito sancta mater ecclesia elegit
hunc psalmum frequenti meditacione a fidelibus in ora
cionibus suis iterari huius autem ps nume
rus non vacat a misterio / pertinet enim ad an
num iubileum qui apud hebreos contractus
veteres obligaciones quasi soluebat quod in leuitico
dominus anum remissionis vniuersos habitatores
terre vocare precepit Sic et ps iste calculo quinqua
geno constitutus si corde puro dicatur delicta
dissoluit Cirographum nostre obligacionis et
nos a debitis delictorum tamquam remissionis anus
prestante domino reddit purissimos item Nos igitur
domine ihesu xpiste famuli tui supplices deprecamur
vt pietatis consilio magnus facinoribus nostris in
mensam misericordiam tuam largiaris atque per con
tricione cordis humiliati mactando vicia iugu
lando delicta. Dignum tibi et acceptabile de no
bis preparet holocaustum / qui cum patre et spiritu
sancto viuis et regnas per omnia secula seculorum amen



Quid gloriaris in malicia

Titulus in finem intellectus dauid
cum venit doeth ydumeus et an
nunciauit sauli et dixit ei venit dauid in domo
abimelech nycholaus De hac annunciacione habetur 1° Re
22° quia cum saul turbatus de hoc quod dauid eua
sisset manus eius conquereretur de seruis suis
tamquam fautoribus ipsius dauid Iste doeth dixit
sauli quod viderat dauid in domo achielech vel
abimelech sacerdotis et quod dederat ei panes et
gladium golie adiungens et falsum sicut mo
dus est detractorum. scilicet quod abimelech consuluisset pro
eo dominum pro quo saul iratus iussit sacerdotes vxo
res et paruulos eorum interfici et ciuitatem eorum
destrui Cuius iussi omnis doeth cum suis sa
tellitibus fuit executor vt ibidem legitur iohannes
per saul mors intelligitur per dauid vita
Quod est quod saul persequitur dauid nisi quod ab
inicio seculi semper mors persequitur vita nostra
quia qui ista presencia amant persequuntur scilicet
etiam idest illos qui celestia diligunt augustinus Agitur

enim in hoc ps de duobus generibus hominum vnum la
borancium alterum eorum inter quos laboratur
vnum de terra aliud de celo cogitancium Gen
vero bonorum a propheta alloquitur genus malorum dicens

Quid gloriaris in malicia nicholaus qua
si dicat hic est pessima gloria quia propria est eorum qui peccant
ex certa malicia, de quibus dicitur prouerbiorum 1° letant
cum male fecerint et exultant in rebus pessimis

qui potens es iniquitate idest ad quid gloriaris
qui potes opprimere innocentem et proximum
primo igitur arguit ipsum de mala voluntate
2° de mala potestate 3° de obstinacione in ma
lum cum sub iungit augustinus **tota die** idest toto tempore
sine lassitudine
sine intervallo
sine pausacione **iniusticiam cogitauit
lingua tua** hugo lingue non est cogitare
sed cordis vnde in auctio
ne istorum scilicet cogitauit lingua notatur quod quanto
cito cogitat tam cito loquitur sicut dicitur eccle 21° In
ore fatuorum cor illorum Translacio hebraica habet
insidias cogitauit lingua tua et hanc linguae
cogitationem per
duxit ad actum **quia sicut nouacu
la acuta fecisti dolum** Ecce quod faciunt
sanctis mali
iohannes Nouacula persecutores intelliguntur
sicut ergo nouacula quasi insensibiliter tol
lit capillum sic persecutores dolose auferunt
bona temporalia superflua per capillum
superfluitas diuiciarum intelligitur augustinus
Illi enim qui adherent corde deo sic habent ista
terrena tamquam capillos quia contempnunt o
mnia presencia bona insuper et ipsam vitam hugo
Et quia persecutores bonorum exultant in re
bus pessimis
Ideo subiungit **dilexisti maliciam** nec
scit malum
qui diligit **super benignitatem**
Ecce patrem in spiritum sanctum vnde apostolus ad galatas 5° fruc
tus autem spiritus
benignitas **iniquitatem** videlicet
iniquitatem loqui
indiscrete
et dolose. **quam loqui equitatem** plerique
quasi homi
nes qui peccata faciunt ipsi per decorem appo
site locucionis se abscondunt Nolunt in se re
prehendi qui norunt
generaliter ab omnibus dampnari **dilexisti omnia
verba precipitacionis** hugo verba pre
cipitacionis dicuntur verba adulacionis vnde ysaias 9° Erunt
qui beatificant populum istum et qui beatifi
cantur precipitati Idem verba precipitacionis
sunt verba detractionis vnde translacio hebraica habet

dilexisti omnia verba ad deuorandum

dum detractores dicuntur suis verbis fraudulenter devorare bonos unde in alio psalmo dicitur Qui devorant plebem meam sicut escam panis et hoc facit lingua dolosa augustinus Dicitur fallacie est lingua dolosa aliud in corde gestancium aliud ore pronunciancium sed in hiis submersio est. **Propterea deus destruet te in finem** et si modo videris stare et florere tanquam fenum in agro in finem destruet te deus quando dicet Ite in ignem Et quamvis fixeris in amore mundi radicem cordis hugo tamen deus **evellet te** de felicitate temporali in qua confidebas **et emigrabit te** idest emigrare faciet te. **de tabernaculo tuo** idest ab hac vita animam a corpore auferendo **et radicem tuam** idest malam voluntatem tuam ex qua processit malicia tua evellet **de terra viventium** cassiodorus plena ingens formidolosa dampnacio de societate ~~societate~~ evelli et te perpetuis ignibus mancipari nycholaus Deinde ponitur utilitatis consequencia quia iusti videntes puniciones iniquorum ex hoc firmantur magis in bono et contempnunt prosperitatem malorum unde dicit **videbunt iusti** intelligendo nunc dampnacionem malorum **et timebunt** magis offendere deum **et super eum ridebunt** contempnentes eius prosperitatem quam ante preteritam augustinus Intelligamus et discernamus duo ista tempora satis utiliter timendi et ridendi quamdiu enim sumus in hoc seculo nondum est ridendum ne postea ploremus iusti qui sunt modo qui vivunt modo ex fide intelligunt quod dampnandi sunt mali propterea timent et sibi Quid enim sunt hodie sciunt quid futuri sunt hoc nescimus Quia quilibet nunc ad malorum imitacionem labi potest hic habet formidinem Quando autem ridebunt Cum venerit deus noster idest manifestacio christi ad iudicium tunc iusti ridebunt super dampnacione malorum gregorius sexto moralium Illic non habent compassionem quia dampnatis tunc adesse non possunt augustinus Tu corrige reatum et gaudebis ad iudicem hodie enim hortatur te ne iudicet te Cum autem venerit Judicii tempus correctionis locus non erit sed tantum dampnacionis Erit ibi penitencia sed infructuosa quia sera Tunc dicent iusti **Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum** per bona merita **sed speravit in multitudine diviciarum suarum** cassiodorus Divicias hic universas copias seculi accipere debemus in quibus iste seculi amator spem et fiduciam posuit Et ideo dampnatus est ieronimus Sed numquam tamen malum sit divicias habere tamen ut de iusto habeatur et deo gracias referatur qui eas dedit Non sed malum est spem in diviciis ponere Cum in alio psalmo dicat Divicie si affluant nolite cor apponere divicias licet habere ad necessitatem et non licet possidere ex amore Nam et abraham et reliqui boni divicias habuerunt etc. **et prevaluit** nycholaus ad tempus **in vanitate sua** quia prosperitas eius transivit velud umbra augustinus Quid enim vanius eo quod putat plus habere nummum quam deum Ergo hoc genere malorum dampnato quid dicis de te o corpus christi. **Ego autem sicut oliva fructifera in domo dei** nycholaus per olivam fructiferam hic intelligitur oleum quod de fructu olive exprimitur quo lucerne in domo dei replebantur sicut legitur levitici 24° Est igitur sensus Ego autem oliva idest sicut fructus olive est fomentum luminis in domo dei sic innocencia mea lucebit coram deo nec extinguetur pro malorum nequicia **speravi** non in diviciis ut genus malorum sed **in misericordia** ieronimus quia non est humane fragilitatis facultas ut per se quis salvus fiat sed per misericordiam dei **in eternum et in seculum seculi** idest non tantum speravi in misericordia dei in vita presenti sed in vita futura **confitebor tibi in seculum** idest laudabo te quia fecisti michi misericordiam in presenti **et expectabo nomen tuum** in futura retribucione iustorum nomen eius est ihesus idest salvator cassiodorus Nomen eius expectat qui se in iudicio domini salvatoris per misericordiam eius credit esse salvandum **quoniam bonum est** hugo idest dulce et suave **in conspectu** idest in iudicio et essencia etc. **sanctorum tuorum** qui scilicet gustant suavitatem bonitatis eius sicut gustaverat beatus bernardus qui dicebat ihesus est melos in aure mel in ore iubilus in corde nycholaus hoc tamen nomen in conspectu malorum non est bonum qui frequenter verbis et factis blasphemant ipsum collectio hoc nomen audire possunt et boni et mali non autem gustare nisi sancti Et quanto quis sancior est tanto dulcius et suavius sapit nomen domini in corde eius tanto etiam paciencius et desiderabilius ipsum expectat ut tandem videre mereatur quod amat

Nos g krmi considerata iniquorum perditione
et bonorum saluacione rogemus supplica men
tis deuocione dnm deum nrm vt ab omi
dolo liberi ab omni iniquitate mundati me
reamur plantari sicut oliua fructifera in
ciuitate celesti vbi in trinitate perfecta lau
datur deus in scla sclorum amen

Dixit insi
piens i cor
de suo ¶ Titu
lus in
finem pro ama
leth intellectus
dauid hug hic ta
git historia q he
1o R 2li o vbi dr qp absente dauid amalechite
irruentes in syceleth paruam ciuitatem quam
dederat ei achis rex geth expugnauerunt eam et
vxores et filios et animalia dauid captiuan
tes succenderunt ciuitatem Qd cum dauid reu
tens de exercitu achis cognouisset persecutus est
amalechitas quos percussit et omnia sua libera
uit et reduxit hic autem ps agit non de histo
ria ista sed de signato huius nois amalech ionius
qd interpretatur dolens siue parturies et signt
etiam corpus x q dolet pro peccatis suis et alio
rum et parturit filios per verbum predicatio
nis sicut apls dicit per euangelium ego vos genui
cassi licet enim ps magna ex parte similitudine
versuum 13o ps conueniat noscatur Intellectus
ipsorum qp maxime permutatus e diuersitate ti
tulorum Nam cum 1e habeat p titulo ps dauid
Iste continet in finem pro amalech intellectus
dauid vt superdictum e non mutatis versibus
ad 1e aliud iste pnunciat esse venturum Ille ei
contra iudeos pmit Iste contra oms peccatores
insurgere generaliter iudicat Ille de incarna
cione dni Iste de aduentu iudicii in fine ps
dicturus e Ecclia igitur multorum refrigescente
caritate dolens pplin comonet perfidorum vt a su
is iniquitatibus quiescat ne in diuina discep
tacione et iudicatione vel arguicione dispereat vnde
ppha in persona eius genus malorum increpans ait
Dixit insipiens cogitando i corde suo vbi ds audt
non e deus angs Qui putat deo placere
facta mala non eum putat de
um Si enim deus e iustus e Si iustus e dis
plicet ei iniusticia displicet iniquitas cum dicis
in corde tuo fauet iniquitatibus meis deus nt
ad dicas qp non e deus cassi Et hunc insipiente
per multiplices errores potuisses aduertere
pluralem illi numerum
decent aduix dinis ionius Corrupti sunt
de lege bo
ne nature et abhominabiles idest odi
biles fa

sunt in iniquitatibus suis Ny
chos non e
qui faciat bonum s. meritorium qd fieri
non potest sine fide
operante bonum per dilectionem licet aliqui facerent
ad bonum
de genere non e vsque ad vnum cassio hoc
e enim qd
etiam dolebat vt in tanta multitudine perditorum
non sit qui bonum possit operari qd de illis
tm debet accipi qui extra religionem catholice
fidei positi in obstinacione detestabili perdurat
de quibus inferius e dicturus qui deuorant
plebem
meam etc Dns de celo prospexit idest de vno
quoque pre
dicatore quos tamquam celum insidet ieronimus
prospiciat deus
per suos sanctos sup filios hominum cassios
vt er
rantes non perderet sed penitentes via con
fessione saluaret Ad
huc fine prospexit vt videat idest videri
faciat vt i
credulis et peruersis excusacio tollatur nychos
si e intelligens per veram
agnicionem aut requirens
deum per bonam operacionem
Quales a iuuentu fuerunt sbdi Omnis decli
nauerunt idest recitu
dine iusticie simul inutiles
facti sunt idest inepti ad conseruacionem vite
beate Sicut medicina dicitur inutil
q inepta ad consetu
cione sanitatis ionius non e qui faciat
bonum non e vsque ad vnum Nullus
enim ex ysti
impleret voluntatem patris celestis nyc. Vnde li
vnum ponitur inclusiue vt sit sensus qp nec
vnus talis reperitur in eis cassios Nam si ali
qp bonum voluisset intelligi non diceret vsque
ad vnum sed preter vnum hoc de illis dicit qui
corde durato in scelerato permanserit pposito
nychos asscripter ponitur
pene determinacio cum dr Nonne cognoscent
omnes q operantur iniquitatem
cassi s. qui fideles dni laniare contendunt q
contra mandata dei viduas opprimunt pupil
los expoliant
de quibus subditur Qui deuorant plebem
meam vt cibum panis nychos idest ita de
lectantur in spo
liacione et occisione innocentum ac si comederint
bonum cibum cassios Vel ita in vsum hnt persequi
innocentes sicut panis est cibus cotidiana
comestione desideratus nec vacat qp dicit plebem
meam vt ostenderet omnia superiora se dixis
se de pessimus nychos Qui vtique sacient dei iu
sticiam per pene infligende experienciam
hugo Tunc enim sacient in pena qp nunc ig
norant in culpa quia oculos quos culpa

claudit pena aperit augustinus Unde in persona tali
um d: sapie v° lassati sumus in via iniqui
tatis et perditionis ambulavimus vias difficiles
les viam domini ignoravimus Q. profuit no
bis superbia nostra aut quid divitiarum iactantia
contulit nobis Transierunt omnia illa tamquam
umbra Et subditur ibidem Talia dixerunt
in inferno hii qui peccaverunt de quibus p
catoribus ad
huc subdit. **Deum non invocaverunt**
augustinus hoc quisque invocat quod vult ad se veni
re Nam cum dicas deus da michi divicias
Non vis ut ipse deus ad te veniat sed vis ut
divicie veniant ad te Ergo isti qui propter
secularia comoda qui propter terrena bona
qui propter presentem vitam et terrenam felici
tatem invocant deum propterea quod de illis se:
**illic trepidaverunt timore ubi
non erat timor** s. iuste augustinus peccato
res mundi istius in
isto seculo timent ne adepta felicitate frau
dentur ne divicijs inventis minus perfruantur,
ne acquisitis priventur honoribus h' enim vim
formidant amittere que se tamen non noverunt
humana condicione relinquere Illa enim non co
gitant per que verissimo timore torquendi sunt
quando illis erit fletus et stridor dentium
Et vere sciunt peccatores quod malum non erit
inpu
nitum **Quoniam deus dissipavit** idest dis
sipabit
ossa eorum Versus iste non est dictus in 13° ps
sed noviter hic ad confirman
dum iudicij tempus apponitur deus enim
in futura disceptacione ipsorum dissipat ossa
et obstinaciones durissimas quorum noverit a
citer induruisse
pertinacia addidit quod **qui hominibus placent**
Q. sceleratorum specialiter esse dinoscitur: Iustus
vir sibi semper displicet dum carnis sue vi
cia celesti consideracione castigat Mali vero
amant unde peccant desiderant unde dap
nentur Hugo Sed nonne bonum est hominibus placere
secundum id eccl. 8° fruere magnatis sine querela Et
exodi 2° Et dan 2° legitur quod moyses et dani
el fuerunt amici regum Item dicit apostolus i
cor x° Ego per omnia hominibus placeo Solum
bonum est placere hominibus ad alliciendum ad bonum
eos Et secundum hoc intelliguntur predicte auctoritates
Malum autem est placere eis pro inani gloria
et sic intelligitur quod hic d'/ qui hominibus pla
cent idest placere appetunt propter inanem
gloriam Secunda pena malorum exprimitur cum subdit:
confusi sunt idest confundentur: et erubes
cent quando eis dicetur.
Ite maledicti in
ignem eternum **Quoniam deus sprevit eos**
eo quod deum spreverunt Sprevit autem deus
eos quos non corripit sed sinit eos currere per
campos licencie Unde supra dixit Auferuntur
iudicia tua a facie
eius Sequitur: cassiodorus **Quis dabit** supp
nisi
tu domine vox est credentis et non dubitantis
ex syon i. ec
lesia **salutare israel**
idest salutem populo fideli per fidem ve
ram deum
videnti **Cum averterit dominus cap
tivitatem plebis sue exultabit
iacob et letabitur israel** versus
iste
futuram commemorat felicitatem qua fideles
domini plenissima libertate gaudebunt Et res
picit quod in resurrectione generali Propter iacob
patriarcha nominatur propter id Jacob dilexi esau autem
odio habui Congrue siquidem dilectus in
tanta temporis commemoracione ponitur ubi
sine fine gaudet Intulit et letabitur israel
interpretatur clarius vir videns deum Q.
erit sine dubitacione quando sicut illi pre
missum est in eterna patria collocabitur cassiodorus
Nos igitur fratres karissimi quamdiu nobis superest
vita merendi abiciamus opera tenebrarum.
despiciamus mundum cum delectacionibus
suis continuis inhiendo sancte conversacioni Item
dei adiuvante gratia possumus ducere vitam in
hoc mortali corpore ut post hanc vitam pre
sentati ante conspectum eterni iudicis conseq
mur eius misericordiam et eterne vite salvacionem
ad quam nos perducere dignetur ipse pijssimus
dominus ihesus xpistus cui est honor et gloria in secula s. amen

**Deus in nomine tuo
salvum me fac** Titulus
in finem
in carminibus intellectus david cum venis
sent ziphei et nunciassent saul Nonne david
absconditus est apud nos Hugo Iste titulus
sumitur de historia que est i° R. 23° et 26° Nonne
quia ps iste agat de historia i^a sed quia agit
de misterio illius historie Sicut enim david
fugiens a facie saul qui eum persequebatur
latuit inter zipheos et illi prodiderunt eum sauli
ad interficiendum Sic et boni in hoc mun
do latent inter malos qui florent et ab eis
fatigantur Est ergo sensus huius tituli. In
hoc ps ostenditur intellectus david prophete vel cu
iuslibet fidelis intellectus dico habitus pro eo quod factum
est dum venissent ziphei et nunciassent sauli
etc. ziphei interpretantur florentes per hoc enim
intelligitur: quod peccatores florentes in hoc mundo
nunciant sauli idest morti vel dyabolo bonos
latere inter malos quod intellectum habent qui mentis
aciem intendunt in finem idest in eorum
novissima videlicet ad quem finem iniqui

florentes sunt venturi Et ideo intelligentes
eorum falsam felicitatem terminandam semper
sunt in carminibus idest in laudibus augustinus
Quibus laudibus dominus dedit dominus abstulit
sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini
benedictum Si ergo intelligere volumus inueniamus
in genere humano hic dauid abscon
ditum et latentem et inueniamus ei aduer
sarios florentes Attende dauid latentem Mor
tui enim estis dicit apostolus membrum christi et vita
vestra abscondita est cum christo in deo Isti ergo late
tes quando erunt florentes Cum christus inquit appa
ruerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum
ipso in gloria et tunc isti ziphei arescent
ieronimus Sicut herba quasi hodie viridis vi
detur esse usque venit hyemps Sic peccatores
qui sperant in diuiciis et gloriantur in va
nitatibus seculi videntur nunc florere
et in die iudicii arescent atque igni reseruan
tur Isti deputantur ad penam sancti ad
regnum augustinus Ista duo genera hominum
distinguere debetis et eorum alterum eli
gere Quid enim nosse tibi prodest si eli
gere piger es equidem eligendi facultas
adiacet veniet tempus quando tibi potes
tas deerit eligendi cum iam deus senten
ciam non differet iudicandi sed multi filii
lucis infirmi cum viderint felicitate flo
rere malos dicunt apud seipsos Quid michi pro
dest innocencia mea Quid michi quod deo ser
uio quod mandata eius custodio quod nemini
iniuriam facio Ecce hec omnia facio et flo
rent illi ergo laboro Sed intellige quod licet nunc
Exaudiebat eos in columpna nubis loquebatur ad eos sicut legitur exodi 33. Moyse et hoc ad litteram Allegorice autem loquebatur in columpna nubis ad eos et in figura que quasi nubes est obscura Nobis autem aliter locutus est sicut ait apostolus ad heb. 1o Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio Causam quare sic exaudiebat subiungit dicens custodiebant testimonia eius idest legem et cerimonias eius que testimonium erat novi testamenti et preceptum deca logi quod dedit illis idest decem mandatis Et ideo glosa domine deus noster tu exaudiebas eos idest iuste petitionibus deus tu propicius fuisti eis Indulgendo eis peccata ne noceat in futuro et ulciscens in omnes adinventiones eorum puniens defectus eorum que non procedebant ex instinctu tuo sed magis ex eorum arbitrio sicut patet de moyse et aaron num. 20 ubi dicitur Ad aquas contradictionis dixitque dominus ad moysen et aaron quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis israel non introducetis hos populos in terram quam dedi patribus eorum quia in pena huius fuerunt morte puniti cassiodorus Cognoscamus itaque antiquos patres interdum exauditos et in adinventiones eorum vindicatum ne humana illis elatio subripere potuisset nam quamvis alii fideles sint magna devotione veneranti oportet tamen eis pro tempore vindictam ne cor eorum ad superbiam videatur posse deducere sicut dicit apostolus Et ne magnitudo revelationum extollat me datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphiset etc. augustinus Illi enim deus irascitur quem peccantem non flagellat Nam cui vere propicius est donat non solum peccata ne noceant ad futurum seculum sed etiam castigat ne semper peccare delectet Ergo fratres quicumque in Christo proficitis ne nos putetis sine flagello ad ipsum futuros Nam etsi iam homines quod in nobis reprehendant non inveniant / reprehendit ille adhuc quia omnia novit quia purius est nobis nycholaus Et ideo exaltate idest laudibus extollite dominum deum nostrum in monte sancto eius hugo idest in sancta ecclesia que fundata in montibus sanctis idest in doctrina apostolorum quoniam sanctus dominus deus noster Qui nos sanctificat regit ac defendit cassiodorus Consideremus karissimi faciem huius psalmi qui duobus luminibus splendere pulcerrimis iaculos terret ut ad supplicationem devotissimam producat fidelibus dominum christum adorare precipit quia et ipse novit exaudire quos diligit / beata gens que talem habet dominum vitale quippe desiderium est agnoscere et amare creatorem fideli animo Si enim est diligere dominum multo fortius redemptorem suum quod cara mente et ex desiderio non appetere nullatenus hunc diligere arbitreris / diligamus igitur ut amemur quaeramus ut inveniamur pulsemus ut ad deum accedere valeamus Ipse sit nostrum gaudium / nostrum desiderium quem ipsum cognoscamus eterna nobis beneficia posse prestare qui est benedictus in secula seculorum amen

Iubilate deo omnis terra
Titulus psalmi in confessione cassiodorus duplex est confessio una est qua peccata nostra deplorantes culpabiles ac reos nos esse profitemur et veniam domini concedendam nobis piis fletibus exoramus Altera est gratiarum actio quam domino pro suis beneficiis nos devotis laudibus offerimus Re vera totus hic psalmus ad utrumque pertinet confessionem / propheta igitur sollicitus de populo fideli ne se putaret sub anxietate tristicie christo domino serviturum primo ad iubilationem liciapit dicens iubilate deo hugo cum ienarrabili cordis gaudio ipsum laudando pro bonis que nobis fecit et pro regno eterno quod nobis paravit omnis terra idest habitatores omnis terre quia omnibus paratum est nisi per suam stultitiam excludat se servite domino in leticia quia non placent deo servicia coacta cassiodorus licet enim servicia dei diversis officiis expediuntur ut sacri ordines ecclesiastici monasteria fidem habentes solitarii laici devoti omnia tamen ad ista tria verba referuntur ut deo sub leticia serviatur non murmuratione qua amaritudine mentis sicut fuit in deserto quando contra dominum iudaicus populus murmurabat sed ista leticia ubique caritas est que sicut apostolus dicit Non inflatur non agit perperam idest perversa non est ambitiosa etc. que hanc virtutem egregiam miraculi narratione describit Propter illi sub leticia deo serviunt qui eum super omnia diligunt et invicem se superna caritate respiciunt O libera servitus o servicium super omnes dominatores eximium quibus talis leticia tribuitur qualis in regnorum gloria non habetur sed ista leticiam que in hoc capitur vide quale premium subsequatur introite in conspectu eius hugo idest in tribunal conscientie puram ubi solus deus te videt sicut dicitur post Re 16o deus intuetur corda Et addit in exultatione quia in conscientia pura est exultatio vel de spe venie / vel de spe future glorie consequende. Unde apostolus Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre / quando propheta redarguit

perfidiam iudeorum qui dominum saluatorem non
putando deum nisi hominem in creatorem suum
iniicere presumpserunt unde dicit **SCITOTE** idest in-
telligite **QUONIAM** Iste **DOMINUS** videlicet ihesus christus quem dei-
te filium minime credidistis **IPSE EST DEUS**
qui fecit celum et terram **IPSE FECIT NOS** Ad yma-
ginem et similitudinem suam nyco. super genesim dando
nobis animam intellectualem in qua consistit
ymago dei quantum ad proprietates naturales scilicet me-
moriam intelligenciam et voluntatem Simili-
tudo autem dei in est anime in bonis gratuitis
quia est quedam perfectio ymaginis quam gratia perficit
naturam Nota bona gratuita sunt virtutes
utpote innocencia humilitas mundicia cordis
et cetera sicut deus dicitur bonus et iustus videlicet ad dei
similitudinem cassiodorus Et quia putarent humanam
creationem proprium seminum esse deputandam
addit **ET NON IPSI NOS** Nam quamvis
nati nostri nascantur
misteriim probeat carnalis operatio cum illi in hunc
mundum probantur adducere qui gratia fecit
ad existenciam peruenire deinde venit ad
populum fidelem et quod sit per operationes pul-
cerrimas ostendit dicens **NOS AUTEM POPULUS EIUS** nos populi
christiani quia eius ipse
rio famulamur **ET OVES PASCUE
EIUS** Oves sunt simplices et deuote persone
Et ipse earum pastor et verus pascua eius
est diuinarum scripturarum copiosa et dulcis
contemplatio Ipse enim scripture sunt pascue quibus
fidelis anima saginatur et ad future beatitudi-
nis amena perducitur Sic istis tribus versibus
complexus est quod agere quod credere quod intelligere
debeat christianus Hugo Iterum ad in perfectis
christianis conuersionem
inducit peccatores dicens **INTROITE PORTAS EIUS
IN CONFESSIONE** Et similiter introite **ATRIA EIUS CONFI-
TEMINI ILLI** quasi dicat bonum est confi-
teri domino confessione laudis sed
precedere debet confessio peccatorum quia non est
speciosa laus in ore peccatoris etc ibi cassiodorus Por-
te domini sunt huius primia baptismum sacramentum
caritas sancta eleemosine misericordes ceteraque
mandata per que ad eum possumus peruenire
conspectum gregorius Cum peccata nostra per lacri-
mas confitemur angustie vie portas in-
gredimur Sed post hec ad eternam vitam
perducimur porte nostre atria in confessio-
num laudibus intramus quia ibi angustia
non erit si leticia eterne solempnitatis as-
sumpserit propter confessionis nostre angus-
tiam veritas dicit Intrate per angustam
portam Et cum psalmista se recipi in altitudinem
gaudii eterni presumeret dicebat Sta-

tuisti in loco spacioso pedes meos hugo Et
post conuersionem peccatorum **LAUDATE NOMEN EIUS**
idest christum a quo et vos christiani nominati estis
Causam huius lauda-
tionis subdit dicens **QUONIAM SUAVIS EST DOMINUS**
idest quem desiderant angeli videre idest
prospicere sicut dicitur in petri primo Et ne suaui-
tatem crederes temporalem aut transitoriam
Ideo subdit **IN ETERNUM MISERICORDIA EIUS** quantum ad sal-
uandos quia in-
mobiliter in eternitate perdurat quos hec misericordia
dei a peccato liberauit Et ne quisque de misericordia
hac nimis confidat addit et de iusticia dicens
**ET USQUE IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM
VERITAS EIUS** translatio romana habet **ET USQUE IN
SECULUM SECULI VERITAS EIUS** hugo quia po-
pulos iudicabit
implens promissa tam bonis quam malis Vnde ibunt
hii in vitam eternam Illi vero in ignem eternum
cassiodorus Mirabiliter hic psalmus utrasque nos conferens
edocuit ut et alacres domino iubilemus et pec-
catorum nostrorum vulnera sine intermissione
plangamus In hoc enim mundo utrumque est necessarium
ut nec in tristicia desperet dei filius nec
iterum animus eius prosperis reddatur elatus Nam si
cui suauitas hominis humorum pacem consistit
ita perfectus est christianus quia fuerit inter presen-
cium eorum diuersitudinem immobiliter temperatus
Suscipiamus ergo alacri mente que dicta sunt Qualis
enim ista sit deplorauit Ex hoc datur intelli-
gi ut in ea perpia dominus esse laudandus minime
quia inde venit non creatus non pena sed prima
non deformis fuit sed pulcra libertas
collecta Nos ab eius laude nequaquam cessemus a quo cre-
ati sumus et redempti quatinus in leticia
sempiterna iubilum exultationis cum gratiarum
actione mereamur in eternum canere cum omnibus
sanctis et electis qui est benedictus in secula seculorum Amen

MISERICORDIAM ET IUDICIUM CANTABO
Titulus psalmi ipsi dauid hugo In precedentibus psalmis se-
pe dixerat letandum esse et iubilandum Nunc vero
in hoc psalmo dicit quod cantandum sit et cum quibus
socijs in quo docemur etiam bona appetere et
mala renuere quod est perfecta conuersatio vite
christiane Et quia omnis perfectio nobis a christo est in
titulo habet ipsi dauid idest christo cui omne bonum nostrum
attribuendum est cassiodorus Et nichil de dauid terreno
rege intelligas sed omnia de christo rege celesti dicta
fuisse cognoscas dicit ergo congregatio sanctorum per
uniuersum orbem christo acquisita idest po-
pulus christianus **MISERICORDIAM** glosa In presenti vita
quia peccatores ad pe-

iusticia et iudicium quod erit in futuro seculo cantabo idest iocunde annunciabo et hoc tibi idest ad honorem tuum (augustinus) Tempus nunc modo est et tempus iudicii futurum est. Nisi enim deus prius per misericordiam parceret non inveniret quos per iudicium coronaret. Audi apostolum quomodo distinguit utrumque tempus de tempore nunc sic ignorans inquit o homo quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit an divitias benignitatis et pacientie longanimitatis eius contempnis de tempore iudicii subdit Tu autem inquit secundum duriciam cordis tui et cor impenitens thesaurisas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera sua Ergo fratres qui habemus tempus nunc non nobis blandiamur non dicamus sic parcit deus intelligere quia nunc parcit ut corrigaris non ut in malicia perseveres Et propter hec duo scilicet ut sequi valeam misericordiam et effugere iudicium psallam quod bonis factis eum placare contendit Ipsa est enim suavissima virtus armonie cum vox cognoscitur operibus consonare Nam si hec due res discrepabili sibi varietate dissentiant neque quod prius psalmodie impetratam efficere cantilena (Beda)

(hugo) Et intelligam in via immaculata quando venies ad me idest immaculatum me custodiam et sollicite considerabo adventum tuum sive ad iudicium sive mortem meam. Unde luce 12o Et vos estote parati ab omni peccato mundati quia qua hora non putatis filius hominis veniet / deinde exponit que sit via immaculata dicens perambulabam vitam huius mundi transcurrendo (nycholaus) in innocencia cordis mei sine fictione illa exteriori hoc est in puritate cordis in medio domus mee idest conscientie mee (collector) Ille in medio conscientie sue deambulat qui sollicite omnes cogitationes cordis sui perscrutatur Et si quid in ea inveniat quod oculos divine maiestatis offendat statim corrigit et mundat Econtra qui sese prius mala consciencia eius cor circa terrenas concupiscentias dispersum est non ambulat in domo conscientie sue quia ibi non invenit nisi accusatorem et iniquitatem iudicem peccatorum. Si foris vagatur querens pacem seu quietem in fabulis spectaculis ac ceteris concupiscentiis terrenis / postea innocentiam per partes exponit dicens (nycholaus) non proponebam ante oculos meos rem iniustam scilicet ad concupiscendum ad iniustum cupiditate ductus exemplo raptorum facientes prevaricationes scilicet divine legis transgressiones odivi scilicet eorum maliciam quia eiusdem virtutis est diligere bonum et odire malum ei oppositum non adhesit michi cor pravum Quasi diceret Et si ex passione fui motus ad horam ad aliquam maliciam non tamen in ea permansi per obstinationem declinantem a me malignum idest malo igne ire iudicie superbie vel luxurie hominum vitiorum non cognoscebam per approbationem (ieronimus) Etiam si erat in primis vel amicus sive episcopus abbas vel equali dignitate constitutus quem si perverteret vias suas prave vivendo sic eum fugiebam ut penitus eius memoriam non facerem Et quia iustus non solum odit peccata operis sed et oris Ideo subdit (nycholaus) detrahentem secreto proximo suo scilicet in eius absentia et sic dicitur relatium quia non potest audiens hunc persequebar vel reprehendendo vel ei non credendo quia si deest auditor deest detractor (collector) nichil enim ita inquietat animam nichil est quod ita mobilem et instabilem faciat quam facile tamen credere et obtrectatoris verba temeratio mentis assensu sequi / hic enim crebre dissensiones / hinc odia multa nascuntur quia et dilectissimos amicos et lingua maligna facit discordes Ac contra magna quies animi est magna mox gravitas non temere de quoquam sinistrum velle recipere vel audire (nycholaus) Et quia iustus non solum spernit peccata operis et oris sed etiam apparentiam peccatorum in aliis signis Ideo subdit superbo oculo idest cum homine qui est superbus corde Et dicit oculo quia dispositio cordis maxime apparet in oculis et insaciabili corde Qualis est avarus qui non saciatur pecunia etc quanto cum hoc videlicet homine non edebam Tales enim non debet esse principes vel prelati commensales unde etiam 9o dicitur viri iusti sint tibi convive Et in eodem psalmo dicit Innocentes et recti adheserunt michi (Beda) qualiter princeps aut prelatus se debet habere ad bonos dicens (cassiodorus) oculi mei ad fideles terre Illos cordis oculos quos antea tenebat a pessimis nunc promittitur se sociare cum sanctis Non dicit oculi mei ad divites terre aut imperatores aut episcopos aut presbiteros sed ad fideles (nycholaus)

vt sedeant mecum In consilijs iudi
cijs et mensis Et
qz non solum docet principem aut platum
habere fideles consiliarios sed etiam bonos ac
religiosos mi
nistros ideo subdit ambulans in via imma
culata per vite sancti
tatem et honesta hic michi ministra
bat In domo mea seruiebat cassiodorus Et quamuis
hoc non a laycis videatur exceptum
tamen specialiter platis probatur impositum vt clericos
habebant quod diuinis rebus non repugnant
nycolaus Consequenter adhuc ostendit qualiter se debeat
habere ad ma
los dicens non habitabit in medio domus
mee idest inter
ministros meos qui facit superbiam.
alios despiciendo qui loquitur iniqua alijs de
vel conculcando trahendo
prauis
colloquijs non direxit idest non
proficiet in conspec
tu oculorum meorum vt talibus credere
cassiodorus aut aqua
prosperitate meliorem. hugo et contra de malo
principe dicitur prouerbiorum 29 principes qui libenter au
diunt verba mendacij omnes ministros ha
bent impios nycolaus Et quia aliqui subiectorum
sunt ita mali quod non solum sunt a principibus bo
nis depellendi sed etiam vita priuandi vt
iustitia fiet et alij
terreantur Ideo subdit in matutino id est
celeriter sine expectatione ne seuiuet
impedi
mentum interficiebam materiali gladio
quantum ad principes ter
re/et spirituali
quantum ad platos omnes principes terre
Exigentibus
culpis suis vt disperderem de ciuitate
domini idest de ciuitate bonorum
ne per malos inficiantur omnes operantes
iniquitatem Ex predictis enim colligitur
quod quilibet princeps aut pla
tus se habeat secundum formam hic a david traditam
videlicet deuote erga deum et honeste
ad seipsum et iuste ad populum sibi subiectum
collectio hoc etiam sciendum quod predicta christo
domino applicari possunt prout satis patet in glosa
hunc tamen versiculum exponit cassiodorus de viro iusto
qui post vitatos malos asserit deonem sug
gestionis se de corde
suo expulisse dicens in matutino inter
ficiebam omnes peccatores terre glo. Ex
cassiodo
ro quasi dicat non tamen malos homines vi
taui sed etiam vicia declinaui quia in ma
tutino idest in initio suggestionis cum quasi
crepuscula temptationis
incipiunt apparere interficiebam

orati
one omnes peccatores terre idest dennes
qui vniuersam
carnem prauis immissionibus deducunt ad re
atum cassiodorus hij interficiuntur cum nobis compunctio
lacrimarum diuini roris miseratione confertur
Neque enim eam lacrimarum compunctionem quam vo
luimus offerre preualemus sed tunc impeditur cum
ipsius largi
tate prestatur vt disperderem de ciuitate do
omnes operantes iniquitatem Ciuitatem domini
animam piam
patres dixerunt esse de qua diabolus dispo
nit a sua intentione remouere O crudelis
O tyrannica voluntas diaboli iniquitas / non
sufficiat ei quia homines moriri fecit / sed adhuc ne
per penitentiam recuperari possint viuere et
saluari vehementer insistit Sed tu qui vides
impudicissimum hostem pone validam defen
tionem ne ille ad votum suum perueniat qui
te nobis offensum idest iratum facere insa
ciabili calliditate festinat Cognouimus quod
iste fuerit sanctissimus vir qui minas et iudi
cium domini pura mente cantauit quadmodum malos
absolute vitauit bonus aut fuerit gratis
sima societate coniunctus concupiscentias cordis
sui salubria deliberatione subiecerit vt me
rito perfectionem tenuisse videatur quam centi
narius numerus cuius iste psalmus est signare perhibetur
collectio presta nobis diuina misericordia gratiam ac for
titudinem interficiendi in nobis prauos viciorum
motus et diuinis per omnia sic obedire mandatis
vt non cum peccatoribus a ciuitate domini in illo extre
mo iudicio disperdamur sed mortificatis in nobis
vicijs et peccatorum remissione adepta cum sanctis
electis in tabernacula eterne felicitatis recipi me
reamur per christum dominum nostrum Cui est honor et gloria
in secula seculorum Amen

Domine exaudi orationem
meam Titulus cassiodorus
oratio pauperis
cum anxius fuerit et coram domino effuderit pre
cem suam / quamuis aliqui patrem psalmum in domino sal
uatori esse putauerunt optandum nycholaus
pro eo quod apostolus ad hebreos 2o allegat litteram huius psalmi
Illum videlicet versiculum Initio tu domine terram
fundasti et vsque ibi Et anni tui non defi
cient / per hanc litteram probans equalitatem
filij ad patrem in potentia et duratione cassiodorus
Conueniens tamen videtur afflicti magis et gementis
pauperis sicut et ipse titulus continet introdu
cere in hac relatione personam quia multa
sunt que christo immaculato negant conuenire / Pro quo an
nus que in
nusquam fuisse legitur dominus christus Anxius est enim qui in
grauium discrimine constitutus nullam penitus
quam sequi debeat nouit eligere / deinde quod
infra dicitur oblitus sum comedere panem meum
et quia cinerem tanquam panem manducaba

Ad litteram enim non legitur Christus fuisse in hac egestate. Et non quod duum utriusque in titulis nomina sint posita, hic pauper sine nomine introducitur ad loquendum, scilicet ut cum uni attribuitur, omnes Christi pauperes cognoscant hoc sibi attributum esse. Propterea conceditur hunc psalmum esse quintum ex his qui intitulantur ab oratione, quintus penitentialium quintus et videatur. hugo Hoc autem ideo fit quia hic psalmus proprie loquitur de prima parte penitentie que dicitur contritio. collector Cuius efficacie descriptionem si scire volueris hanc sub titulo lxxxix psalmi invenies luculenter depictam / predicta vero talis est sensus tituli. hugo Iste psalmus est oratio pauperis, id est anime paupertate spirituali gementis, cum anxius fuerit in miseriis vite presentis et effuderit coram domino precem suam. cassiodorus Cum dicit coram domino talem orationem vult intelligi que de sacrario anime ante pedes regios quasi auri metalli copia decora fundatur. Vix enim reperies sicut quidam dicit ut oranti cuique non aliquid inane et aliene cogitationis incurrat obstaculum et intentionem qua in deum mens dirigitur declinat ac frangat. Et ideo certamen magnum atque saluberrimum est orationi iugiter insistere. Et cum adiutorio dei obsistere variantis suggestionibus inimici quatinus fixa semper ad deum mens stabili intentione contendat / videns itaque propheta ante adventum domini humanos desinentes crescere errores personam pauperis querentis assumpsit qui calamitates mundi proprie humilitate defleret ut cito illi misericors subveniret quod tot mala adventu suo destrueret depingebant. dicit ergo **Domine exaudi orationem meam.** nycholaus procedentem ex corde quia oratio secundum damascenum est ascensus mentis in deum. **Et clamor meus** procedens ex ore **ad te veniat**, id est acceptus sit coram te. cassiodorus Hunc autem modum sancte orationis suadet devotissimus christianus intelligat ut ad ipsum cogitet quod orat ipsum respiciat mente cui supplicat / omnes superfluas cogitationes excludat. Id non admittat extraneum ut ait quidam pessimus fontibus apertos immittit videatur impudens / hunc etiam sanctus ambrosius secundum apostolum hortatur ferre roseus hymnus ic revolvit. Ait enim mente deum orabo sit spiritu ne vox sola resonat. Sensus quoque ne alibi ductus / alibi aberret fluctuans / vanis precentus officiis. Tunc enim accepta est deo oratio canentium si pura mens id gerat quod explicat. Sequitur vox deprecantis. nycholaus **Non avertas faciem tuam a me** videlicet peccatis pro peccatorum meorum enormitate repellendo orationem meam / loquitur de deo ad modum hominis qui avertit faciem ab eo quod non vult exaudire. Ad dicit **In quacumque die tribulor**, scilicet in molestia peccatorum a seculi adversitate premor, **inclina ad me**, propter penitentiam, paucis, **aurem tuam**, id est clementiam tuam exaudiendo petitionem meam. cassiodorus Cum enim omnes audiat omnes videat solos illos aspicere et audire dicitur quorum preces benignus exaudit. **In quacumque die invocavero te velociter exaudi me.** quamvis se in humilitate penitens iste prima mente prostraverat tamen in ipsa supplicatione crescebat. Nam cum prius dixisset inclina ad me aurem tuam, iam confidentius petit ut celerius mereatur audiri. Non vero velocitatem postulat de impetratione securus est / subiungit causam deprecationis sue dicens. Nycolaus **Quia defecerunt sicut fumus dies mei**, id est vanis ac tenebrosis actibus consumpti. cassiodorus Quod maxime ad superbiam mundi respicit que quanto plus extollitur tanto amplius evanescit. nycholaus Vel iuxta litteram allegat hic brevitatem vite sue unde iacobi 4o Que est vita hominis vapor ad modicum parens. Sequitur nycholaus **Et ossa mea sicut cremium aruerunt.** Cremium dicitur a cremo as et est caro frixa quasi arsa que remanet in patella pinguedine extracta. hugo Per ossa que sustentant carnem ne defluat intelliguntur vires anime quibus ipsa sustentatur. has penitens deplorat per estum temptationum arefactas non habentes devotionis pinguedinem. Translatio romana habet ossa mea quasi frixa contabuerunt. cassiodorus Hic enim figuratur peccator qui futuros ignes incendium gehenne formidat. Nam qui se pavescit arsurum ipsius iam incendii terrore iam figitur et arescit. Et ut iste penitens cito remedium impetraret venit ad miseriarum suarum flebilem narrationem et subdit dicens. nycholaus **Percussus sum ut fenum**, quia sicut fenum arescit tempore ardoris. Sic ego fervore temptationis deficio. **Et aruit cor meum** defectu temptationis devotionis. **quia oblitus sum comedere panem meum**, id est studium sacre scripture. cassiodorus Hic enim exprimitur nostra peccata quia dum delectatio appetitur contemplatio domini non habetur. Sequitur **A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee.** ionus id est pre nimio dolore cordis mei

quod peccatorum pro delictis meis ita exsiccavi me
metipsum ut sine carne essem et pelles
mee hererent ossibus meis carne pro pel
le ducit coller. Erumatis infusus suis idem
penitens prodit nobis tria genera penite
ntium quibus peccata delentur et vita mere
tur eterna
Unde dicit **Similis factus sum pellicano**
solitudinis cassiod9 Pellicanus avis egip
cius est que nascitur in soli
tudine nili fluminis cuius corporis gra
ditate consimilis que naturali macie semper
effecta est. Et sicut phisiologi dicunt tenuo
intestino per viscera quippe escarum sine aqua
decoctione transmittit et parvo cibo suo
reficiatur que non gregatim ut cetere aves volat
sed se delectatione solitaria consolatur. Unum
genus dicitur esse quod in desertis locis versatur
per hoc iam avium genus pulcerrime signatur
qui hominum consortio derelicto timore domini
remota afflictione disruciat. Potest etiam
hoc esse vox
xpi dicentis **Similis factus sum pellicano**
augus9 Pellicanus dicitur rostro pullos suos occi
dere et triduo lugere tandemque sanguinem
rostro super eos fundere. Unde illi reviviscunt
Sic xpus occidit mortem in peccatoribus
ac eos sanguine suo vivificat. Percussit sau
lum ut vivifica
ret paulum. Sequitur **factus sum sicut nic**
ticorax in domicilio cassiod9 Aliud genus
penitentium indu
ducitur nocticorax dicitur noctis corvus quod spe
cialiter in asie partibus invenire posse testa
tur quod quidam bubonem, quidam noc
tuam esse dixerunt que tunc magis vigi
lare et circa escas incipit quando se in soporem
cuncta creata componunt. Ita et penitens in
nocturno tempore huius seculi hugo videlicet in incor
nationis pravitate habitans escas anime et vite
eterne cassiod9 sollicita curiositate perquirit
modo psalmodie operam dando, modo elemosi
nas faciendo, modo carceres occultando, solum de
um vult habere testem cui caligo noctium
non tollitur a spectu. Et nota quod sicut pellicanus
designat heremitam atque solitarium. Ita nic
ticorax iam declarat qui se domicilio suo reti
nens a publica visione remotus est. Sequitur 3m genus penite
ntium cum dicitur **Vigilavi et factus sum**
sicut passer solitarius in tecto
passer est avis parva sed nimia sagacitate
sollicita que nec per ingluviem ventris es
carum ambitione recipitur nec facile laqueis
irretitur, hec propter infirmitatem suam ne a
ipsa a predatore capiatur, aut fetus eius serpen
tinis eius devorentur insidiis in summitate do

mor nidificat ut periculum reddat alienum hu
mili comparatur illi qui dyaboli insidiosa
formidans spiritualiter ad ecclesiam seu monasterii
fugit septa ubi opera sua sollicite custodit.
Et hunc dixit solitarium vel unicum propter
caritatem que ex multis unum faciat. Ecce quod
eleganter ista tria genera penitentium per simili
tudines predictarum avium in se declaravit ut
qui mundi crimina lugebat per omnium satis
factionum modos discurrere videretur. Sequitur
elegans ratio exaudiendis ex verbis iniuriosis
et improperiis que amatores huius seculi penitentibus
inferunt
unde subdit **Tota die exprobrabant**
mi hugo idest aperte vocantes
me ypocritam et papelardum **inimici**
mei scilicet amici mundi **qui inimicos odio habent**
et non solum aperti et inimici exprobrant
sed amici falsi detrahunt bonis viris. Un
de subdit
et qui laudabant me dum essem cum eis ad
in vita seculari, vel qui laudant me in aperto
adversum me iurabant detrahendo
in absencia
mea. Ideo enim mali derident bonos quia
opera eorum dissimilia
vident. Unde subdit **quia cinerem tamquam pa**
nem manducabam idest viles cibos non
delicatos. Ac per hoc
vita mea erat ipsis grata unde sap 2o dicit
mali de bono. Circumveniamus igitur iustum quoniam in
utilis est nobis et contrarius operibus nostris gravis
est nobis etiam ad videndum. glosa vel ita exprobrabant mihi iniuria sed non curabam
quia cinerem tamquam panem manducabam
idest ipsa derisione vel derisione malorum
reficiebar gaudens in tribulatione **et poculum meum**
idest delectationem seu iocunditatem temporalem scilicet
quando
habebam **cum fletu miscebam** hugo gau
dens quam
dolore risus miscebitur et extrema gaudii
luctus occupat. hic autem fletus fit pa
timore divini
iudicii unde subdit **a facie ire indigna**
tionis tue idem9 idest hec omnia sustinebam
bam propter futurum iudicium
in quo facies apparebit peccatoribus irata et
indignationis plena ne gravi ore irruerem
in purgatorio vel in inferno propter peccata
mea penam. nec mirum si pertimesco futurum
iudicium
hugo **quia elevans** me super omnes
creaturas terre
nas per rationem qua me ad ymaginem
tuam creasti **allisisti me** In spiritualibus
et eternis bonis
quia propter temporalia timeo amittere. glosa9 quia co

tinui9 successi9 tpa m eterne ṗprobatois ē in
diciu. Sancti eni viri ī psperitatibz plus
qȝ in aduersitatibz pertimescūt sup se iu
dicium dei occultum/ quo nūc hos a se re
pellit nūc alios ad se trahit/ hos sua gra
attendt eterna qrere Illos p voluptatibus
suis deserit exteriora cogitare/ horꝫ mente
ad superna erigit illorꝫ supbiā ī ifimis
mergit desideriis Quis eni hoīm estia
re potuisset iudam viuendi sortem etia
post misteriū aplatus amitte/ huc eleuās
allisit qm diuin lucru terre m acupuit
ab aplatu cadere metuit Hugo hec ē dap
nosa cōmutatio p tpalibus videlicet pdere
eterna qz hec inetern m hnt Illa s. tpalia
iuncta statim tra
seunt vn sbdit DIES MEI SIC. VB
DECLINAUERūT ET EGO SICUT FENū
ARUI Quia qadmodm fenū hodie vi
resscit et cras siccat Ita homo i
hoc sclo transit de leticia in tristiciā/ de
sanitate in infirmitate et sic declinans
arescit in mortem vn ysa co Ois caro
fenū et omnis gla eius quasi flos feni peru
tens iste gnalibs malis opprimit de fle
tibz dni benefica
recolit dicens TU AūT DNE IN ETERNū
PERMANES idest stabilit et ce
tera oa trāsitoria sunt. ET ME
MORIALE TUū idest mia qua
sp es memor nri IN GE
NERATōE ET GNA. vn ps in eter
nū mia eius TU
EXURGENS Ad nos liberād nyco vide
eni deus hoibs iacere qn no
pbet eis auxim et per oppom surgere qn
pre
bet MISERERIS SYON idest ecce
ex pctori
bus penitentibs vt populi colentis dm i
sy
on QR TEMPUS MISERENDI EIUS sp durat
ad tempus
iudicii hug. Et
ideo misere eius QR VENIT TEMPUS s. grē quod
incipit
a pō dni aduentu de quo dr apus ad gal
iii. At vbi venit pleitudo tpis misit eni deus
filium suum fcm ex muliere fcm sb lege vt
eos qui sb lege erant redimeret a fm dni
aduentu sigt tn dr qz tempus miserendi eius
QR VENIT TPūS bis a dr tempus qz duo
bus papue tpibz vere
penitentes excipiūt dei gram s. qn aia excu
ta a corpore recipit pmā stolam idest ipius
aie imortalitatem et glificacōem qz splēdebunt si
cut sol/ hec tn non hebūt sn meritis precē
tibus vnde
sbiūgit nyco QūM PLACUERūT digna
cōsiderac
ius tuus idest angel/ lapides idest pe
nitē EIUS idest ecce Acsi dicat pcites ex qbz
tes tanqȝ ex viuis lapidibz cōstrui
ecca placuerit angel vnde luce xv. Gau
dium ē angel dei sup vno pctore peni
tenciā idest ecce per or
agēte ET TERRE EIUS bē terrarꝫ diffuse.
MISEBūT pcuatēs eis pmocōem
in bonum vt sciam heat scite
ET TIMEBūT GENTES q de errore vtiorꝫ
vel de ydolatria
conuē NOMEN TUū DNE sicut vides
se sc implentum ET
OMNES REGES TERRE GLAM TUAM Etia
fori,
dabūt cassiod reges terre dr q corpa sua di
uis regul refrenātes sui ipatores et rec
tores esse dno pstante valuerūt Et hoc
non habent a seip
sis sed a dei dono QR EDIFICAūT DNS
SYON de pctoribus tanqȝ ex viuis lapi
dibus quos vocauit et iustifica
uit Et post ho
tps misatois VIDEBIT IN GLA. s.
In assumpti corpis veritate et maiestate
qn edos segrabit ab agnis ī gehenā
ipios mittens et iustis donans btitudi
nem sempitnā Hugo Sed anqȝ veniet ia
dies iudi
cij extima RESPEXIT IN ORATIōEM HU
MILIū misericordit exau
diendo eorꝫ petitiones ET Nō SPRE
UIT PRECEM EORꝫ Ex deuocione
cordis pcedetē SCRIBā
TUR HEC videlicet
dei bnfica IN GNATōE ALTā
idest xpiana q alterata ē et mutata
de viciis ad
virtutes ET PPLS s. xpi
anus QUI CREABI
TUR per baptismi regnatōem per qȝ
constituit in esse grē q creaꝫ in
aīa hugo vel qui creabitur per pniam
idest de nichilo ad efficiatur qz pctm et
pctor nichil st. vnde ezech xxviii. nichil
factus es LAUDABIT DNM Causam
Et addit sbiūgit dicens
QR PSPEXIT oculo mie pctores longe
a se poitos iuxta id pȝ ili
longe est dominus ab impiis Et ps lon
ge ē a pctori
bus salus DE EXCELSO SCO SUO.
idest de celo vn
de subditur cassiod DNS DE CELO IN TERRAM
ASPEXIT idest ad nri corporis psperi
tatem q mundi viciis teba
obnoxia Cam hius respectus sbiūgit dicens
Ny
cholaus VT AUDIRET GEMITUS CōPEDITORUM.
idest penitem m qui prius erant cōpediti et

ligati vin culis peccatorum **ut solueret filios** idest inuita to
res **interemptorum** idest peccatorum cassiodorus qui dyabo lica fraude peremti sunt
gladio scilicet peccati videlicet ipsos liberaret a
prauis erroribus nycholaus Vel ut solueret fi
lios interemptorum idest opera mortua que per
peccata erant mortificata et reuiuiscunt
gracia recuperata Ad quod ipsos solueret ostendit
declarat dicens **ut annuncient in syon nomen**
domini beneficia eius predi cando et laudando **et laudem eius in**
iherusalem idest in ecclesia que nomine syon et iherusalem designatur sicut quod dicit apostolus
ad hebreos 12 Accessistis ad syon montem
ad ciuitatem dei viuentis iherusalem celeste
et In qua annuncient fideles nomen domini eius
fidem libere confitendo et predicando et lau
des dei debitas exsoluendo hoc etiam non incon
grue de primo aduentu domini potest exponi quando
prospiciens deus de excelso visitauit nos
oriens ex alto in sua incarnatione ut com
peditos a dyabolo solueret a vinculis ig
norancie et infidelitatis que noue laudis can
ticum domino in sancta ecclesia personaret hoc autem fit **in conueniendo po**
pulos idest ut con ueniens populus **in unum** videlicet in vnitate fi
dei qui dispersus sunt per diuersas mundi
partes Et non solum vulgares venerunt ad
vnitatem fidei sed et principes vnde subdit **et reges ut** dicti populi et ipsi reges **seruiant domino** redemptori hugo Et iste popu
lus fidelis **respondit ei** scilicet christo **in via virtutis**
sue obediendo eius voluntati cassiodorus Non lingua
sed vita non voce sed fide non clamore
sed corde Nam respondere christo respondere cognoscitur
qui ipsius eius obedientes esse monstratur qui quidem
populus fidelis ut cito ad beatitudinem sancte
promissam possit peruenire orat subdit dicens
paucitatem dierum meorum nun
cia mihi Non enim amore presentis vite de
siderat scire finem sed ut in ipsis contradictoribus domini perseuerans ad regem illam ce
lestis regni velociter perueniret paucita
tem dierum dicit quia quamquam finiendo esse
constabat Quod enim faciendum est longum
dici non debemus **ne reuoces me in dimi**
dio dierum meorum hoc est in iuuen
tute in qua lu
brica idest lasciua vel luxuriosa plerumque
voluntas appetitur et etatis feruore
criminia plus amantur collectores petentes orat

ne moriatur in paruulo talis etatis sed ad ma
turitatem vite perueniens valeat consequi
domini eternitatem de qua subdit nycholaus **in generatione et genera**
tionem anni tui idest duratio tua domine est eterna cassiodorus In qua
sancti perpetua rerum iocunditate gau
debunt quando sicut dicit apostolus erit deus omnia in om
nibus nycholaus Istam autem eternitatem domini com
mendat propter ex pressius dicens **initio** idest in prin cipio temporis **tu domine**
terram fundasti quasi cen trum mundi **et opera**
manuum tuarum sunt celi Sicut primo genesis
dicitur In principio creauit deus celum et terram Et per
ista duo omnes alie creature cassiodorus Sed quare
cum verbo facta sint omnia opera manuum ce
los dicit esse operatos vel fundatos Sic hic
manum virtutem iussionis debemus accipere
sicut in alio psalmo dicitur Ipse mandauit et creata sunt
nycholaus Consequenter describitur vite presentis cessacio
que erit in generali combustione **ipsi peribunt** circa quod sciendum
est quod motus celi ordinatur ad completionem
numeri electorum Et ipso habito idem motus cessabit
sicut dicitur apocalipsis 10 Iurauit per viuentem in secula
quia tempus amplius non erit Et hoc est quod dicit
ipsi videlicet terra et celi **peribunt tu autem permanes**
Sicut eternitas secundum omnem stabilitatem et
immutabilitatem Ita tempus secundum motum et muta
tionem solus autem deus est omnino immutabilis
Celi vero superiores sunt mutabiles quantum ad
situm Inferiores autem ut aer quantum ad al
terationem modo in omni mutatione est aliquid
deperditio quia cessat ad esse quod prius erat et
sic in fine mundi celi peribunt non quantum ad
substanciam sed quantum ad aliquam disposicionem quia celestia
cessabunt a motu locali et elementaria
substancie eorum remanentibus Ideo subdit **et omnes sicut vesti**
mentum veterascent A statu in quo
modo sunt cassiodorus
Et intende quod hic opiniones philosophorum mirabili
breuitate destruxit Quarum prima est mundum
a nullo esse creatum sine fine mansu
rum Sed cum dicit initio tu domine terram fun
dasti et opera manuum tuarum sunt celi prima
persuasio nephanda conuincitur quando creatorem
ante creaturas suas aliquo cognoscitur
initio extitisse Cum vero subsequenter dicit ipsi
peribunt finem eos habere declarauit contra
secundam philosophorum opinionem secundam Vt nullus in
stellis generali errore confideret cum eas mu
tandas esse sentiret Sequitur **et sicut opertorium**
Forsitan celos opertorium debemus aduertere quod

ad monimentum clamans terras operiunt **Mutabis eos** Nycholaus Sicut enim adueniente estate hyemalis vestis mutatur quia non est amplius necessaria ita remanentes tamen eius substantia corpora celestia et elementaria mutabuntur a statu in quo nunc sunt quo non erit amplius necessaria completo numero electorum **Tu autem idem ipse es** omnino immutabilis **et anni tui non deficient** Non est per hoc intelligendum quod in eternitate que est mensura durationis diuine sit aliqua successio sed quia eam apprehendere non possumus nec per quos exprimere nisi per comparationem ad tempus cassiodorus prudentissime nimis atque utiliter oratione completa pauper iste scissimus de peccatorum suorum remissione et de spe retributionis future exultans venit ad terminum psalmi ubi omnia sub breuitate concludens se cum suis eius futurus esse gaudet dicens **filii seruorum tuorum** nycholaus idest imitatores apostolorum quos genuerunt per euangelium sicut dicit apostolus Corinthiis In christo ihesu per euangelium eos vos genui Et **habitabunt** eternaliter uti deus christianus quia Hugo cum christo sicut ipse dicit Iohannes 12o ubi ego sum illic et minister meus erit cassiodorus **et semen eorum** idest opera fideique in hoc mundo seruantur **in seculum dirigetur** videlicet hic in gratia et in futuro in gloria ad accipiendum premium in vita eterna cassiodorus ubi sancti cum deo saluatore tranquilla atque stabili voluntate gaudebunt Quam feliciter anime iste peccata defleuit que usque ad eterne beatitudinis gaudia se distruciando et puniendo peruenit collector prestat nobis pro magna indulgentia peccatorum nostrorum optime de fiducia petens iste qui per cordis gemitum peruenit ad eterne iocunditatis premium Regnum enim celorum vult rapi nostris fletibus et nostris minis non debetur Unde scriptum est Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud Et iterum penitentiam agite appropinquabit regnum celorum hereditatem quoque celestem quam amisimus per culpam rapiamus per penitentiam benignus saluator noster sinum sue pietatis nobis aperit nos que recipere ad se per penitentiam querit Accedamus igitur ad eum nec ab illo quisque de penitis vite prosperitatibus auertamus sed indulgentiam peccatorum peremitamus Recogitemus mala que fecimus et nosmetipsos lamentis deuotis atteramus ut per eternum penitentie fructum tormenta que nostris exigentibus culpis meruimus dei annuente clementia euadere valeamus cassiodorus Conditio beata penitentium que de reis efficit iustos de tristibus peruenire letos de mortalibus absolutos perpetuos hic malorum societate ad tempus hunt ubi angelorum consortia eterna felicitate suscipient collector Quapropter quantum istum penitentialem psalmum corde cum deuotione cantantes quissa nostra fletibus extinguamus et dignus penitentie fructibus culpas quas fecimus salubriter abstergamus quatinus ipsa ad indulgentias nobis indulta sic expendamus ut ad vitam eternam peruenire mereamur gratia et misericordia domini nostri ihesu christi Cui est honor et gloria in secula seculorum amen

Benedic anima mea domino Titulus psalmi ipsi dauid. Hugo Sicut post euasionem maris rubri moyses cantat et omnis populus canticum laudis deo ut habetur exodi 15o ita Sic post illos beati pauperis humilians peccatis et tam magne penitentie gemitus in precedenti psalmo explicatos hugo nos ipsos mouet fideles ad reddendum laudes et gratiarum actiones ipsi deo idest christo deo cassiodorus Sciens itaque propheta mentes hominum variis illusionibus subiacere nec sperare in beata contemplatione desistas animam suam vir sanctus alloquitur ut cum fuerit diuinis ciadibus et periculis liberata beneficiorum omnium recordetur auctorem nec alteri aliquid putet esse tribuendum quod a solo deo constat esse concessum **Benedic anima** augustinus In omni munere dei nostri in omni consolatione in omni correctione in gratia qua donare dignatus in indulgentia qua nobis non hoc reddit quod debeat **benedic anima mea domino** nycholaus per hoc quod dicit anima mea intelliguntur potentie exteriores ut visus auditus etc. **et omnia que intra me sunt** videlicet potentie interiores anime scilicet intellectus voluntas memoria et appetitus sensitiuus **benedic nomini eius** benedictione laudis que maior benedicat maiori et non consecratoris qua facta conuersio Sicut dicit apostolus ad hebreos Sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur Sequitur **benedic anima mea domino** Repetitio cassiodorus eiusdem est ut studium maximum concitaretur geminata sententia **noli obliuisci omnes retributiones eius** Quia sicut homo quod dicit secunda de beneficiis omnium ingratissimus est qui beneficii accepti oblitus est augustinus Non dicit tributiones sed retributiones quia prius tribuit nobis deus multa bona quia creauit nos ad suam ymaginem redemit pauit et plura similia Et homo retribuit deo

blasphēias usq̄ viuendo Ac de9 plus ma
lis non retribuit penas s; poti9 bona ei
īspirando pniam et pstando veniam
Tribuit g° cum me fecit et retribuit
cū me iustificauit cassi9 hoc est ꝙ obli
uisti nulli fas ē vt qui erat obnoxi9
idest obligat9 pene dign9 fieret mox
honore qnr exponīr retributōes futuri
sc̄li quas sanctis suis de9 pia misera
tione largi tur vn̄ d³ **Qui ppiciatur omnib9 ini
quitatib9 tuis** qn̄ remiss; delictis in pace digna sus
apere pctores **Qui sanat oēs īfirmita
tes tuas** Cum securitas et imorta
litas eterna in rn̄c con
ditur idest cū corrupti lc hoc iduit³ icor
ruptōem Et hoc mortale corp9 iduerit
imorta litatem **Qui redemit de iteritu vi
tā tuā** q₃ nos ab eterne mortis ca
lamitate sb'mouerit. s. vt
non audia9 Ite in ignem eter^m qui pa
ratus ē dyabo lo et angel' ei9 **Qui coronat te in mi
sericordia et miseratōib9** idest i mi
sericordibus qn̄ iam btis pmia digna lar
giatur Sicut d^t ap9 de cetero superest
michi corona iustitie quā reddet m̄ do9
in i^a die ius tus iudex: **Qui replet ī bōis desi
derium tuū** Cum tibi dixerit cū sc̄is
Venite bn̄dcī patris mei
augi9 Ecce retributōes ꝙ debeba³ pctori
nisi supplicium et gehenna ignis arden
tis Non ipa retribuit ne expauescas
Non enim cessauit vocare aut vocatu
neglex^t instruere aut instructū cessa^t
perficere aut perfc̄m neglex^t coronare
Ne dicas pctor es Conuertere et accipe re
tributōes istas vt ppici9 sit omibz iniq
tatibz tuis post remissiōem pctor Corp9
infir^m generis nāe ē vt sint qdam deside
ria carnis q te titillent et suggerāt tibi
delectatōes illicitas / et in eas aliqn ipa aīa
qbusdam consentit / capi³ languore / sa
nat oēs languores tuos si tn̄ peticieris
Oīpotenti .n. medico nullus langwor īsa
nabilis occurrit **Qui replet ī bōis. desideri
tuū** Si quis quādo: **Renouabit³ vt
aquile iuuētus tua** glose Aqla dum
senio grauat³ supmū labiū rostri sui fert³ ad mom
vnci in tm̄ crescere ꝙ non potest os ape
rire neqꝫ escam cape Et sic nimia fame
et senectute grauata quodā nāli istinc
tu collidit rostrum ad petram et ex tūc
deponit vncatum quo cib9 ipediebat³
cassi9 Quo fc̄o in pstinā valitudiem cor
pois sui escarum solita percepcōe reno
uatur hugo Sic aīa pondeōt corpōis gra
uata ipedit³ ne pane angelor frui pos
sit donec in morte xo sibi occurrente per
ipm deponit corpōis illam grossitie^m
ꝙ renouata pane angelor fruit³ Deū
videns facie ad faciem vnde in exeqis
defunctor d³ de9 in quo electoꝝ aīe depoi
to carnis onere plena felicitate letant
postq̄ duc^t retributōes do' quas h nūs
in i sc̄lo credit³ veraciter posse prestare
Nunc ondit breuit³ q₃ de9 miam sui
spantibz in se et vindictam pacientibz
iniuria dicens **Faciens miam dūs**
cassi9 hic versus per mo^m diffinitōis edi
tus ē Nam interrogati tibi ꝙ sit dūs
respo des **Faciēs miam** maxime ill'
qui miserent primus sicut in euā° d^t bti misicor
des qm ipsi con sequēt miam **Et iudi^m oībus
iniuriā paciētib9** hoc illis pmit
titur q pacien
ter iniurias tolerant³ de quibz ait m
vindictam et ego retribuā Nam qui se
manu desiderant vlcisci q₃ furorem
suum iniuria persecutōe saciare ꝗtēdūt
vindictam dō non suant q₃ se credant
posse distringere qd' deberent a iudice ꝑs
tulare nycho9 Dein subd^t exempla mie d.
Notas fecit vias s. moysi.
idest pcepta legis q erant vie veniendi
ad sa lute **filiis isrl' volūtates suas**
idest mandata sue volūtatis expssa
vt h³ exodi 20 Et hoc ad lrām hugo Mo
raliter aute p moysen itelligit³ omis
scī qui extracti st' de aquis voluptatū
sc̄larium Et per filios israel oīs credētes
in xm hiis notificat de9 voluptates su
as viz vt superb9 humiliet³ humiliat9 con
firmatur et confess9 sanet³ Et hoc pcedit
ex magna do' mia vnde subditur et
miserator etiam opere **et misericors**
In na tura **dūs** cris tus **longanimis** nycho9 diu ex
pectas peccato res ad pniam **et multū misericors**
q₃ mia superexal tat iudi^m vt d³ Ja 2° **nō ī ppetuū irasc

Irascetur deus contra electos suos quibus finaliter placatur sed quamvis ad tempus eos casti-
gat hugo **Neque in eternum comminabitur**
idest corripit electos suos et flagellat ut
in eternum non pereant et plerosque malis
in presenti parcit ut in eternum feriat quibus dic-
turus est Ite in ignem eternum aug. deus blas-
phematur cotidie et tamen solem suum oriri fa-
cit super bonos et malos vocat undique ad
correctionem / vocat undique ad penitentiam / vo-
cat beneficiis creature / vocat in parcendo
per tempus vivendi / vocat per lectorem vocat
per tractatorem / vocat per intimam cogitationem
vocat per flagellum correctionis / vocat per misericordiam
consolationis inde quidam qui preparant conversio-
nem et differunt et fit in illis vox cornicis
cras cras Sufficiat quod fuisti usque ad hodi-
ernum diem peccator propter quod observa ne lon-
gitudinem misericordie dei male utendo tu tibi thesau-
rizes iram in die ire et revelationis iusti
iudicii dei gregorius quia quos diutius expectat
ad penitentiam hos non conversos durius dampnat
nat Sequitur sententia generalis
de misericordia dei cum dicit **Non secundum peccata
nostra fecit nobis** nych. puniendo nos
condigne quia tanta est offe-
sa quantus ille qui offenditur deus autem infinitus
est et per consequens offensa per peccatum mortale quasi
infinita unde sequitur **neque secundum iniqui-
tates nostras retribuit nobis** cassio. quia post of-
fensam etiam
hunc absolvit qui se studuerit adhibita
satisfactione dampnare ioni. Sic quoque meliora quam
meremur indul-
sit unde subdit **Quoniam secundum alti-
tudinem celi a terra corroboravit misericordiam
suam super timentes se** cassio. Quia compa-
ratione id est quasi significat
quia sicut celum terras operit et circuit atque
nutrit fructus eius modo pluvias infundendo
modo prestando serena hug. Ita deus qui est in
celesti polo suum fovet eum et confirmat per
suam gratiam et misericordiam unde ad sequentia dicit
**Quantum distat ortus ab occidente lon-
ge fecit a nobis iniquitates nostras.**
Quasi dicat cassio. Cum iniquitates nostre longe fue-
rint nobis peccata nostra indulgentur quantum potest
clara dies a tenebrosa nocte distare dein-
de ostendit quod gratia dei gratis
nos salvat unde dicit **Quomodo miseretur
pater filiorum misertus est dominus timentibus se**
ioni. Sicut pater miseretur filio cum eum verberat
ut emendet ac bonis operibus erudiat Ita et deus
corripit nos interdum ut salvos faciat hugo
generaliter ostendit multas causas quare deus ita de
facili nostri misereatur prima est nostra fragilitas
unde dicit **Quoniam ipse cognovit figmentum
nostrum** nych. idest pravitatem nostram ad pec-
candum et fragilitatem ad standum
unde id genesis 8o. Sensus et cogitatio hominis pro-
na sunt ad malum ab adolescentia sua Et non
solum fragiles sumus quantum ad animam sed etiam
quantum ad corpus
unde subditur **Recordatus est quoniam pul-
vis sumus** Translatio romana habet
Memento domine quia pulvis
sumus quia corpus nostrum in pulverem terre
resolvitur Unde conpositum est 2a est mundi
deceptio que accidet homini propter prosperitatem
unde dicit **Homo sicut fenum** virtutis ad
tempus modicum. **Dies
eius** idest vi-
ta eius **tanquam flos agri** ad ca-
lorem
solis cito desiccatur sic vita hominis ad calo-
rem febris vel alterius infirmitatis statim
exterminatur Sequitur tertia causa que est necessitas
moriendi unde
subdit hugo **Quoniam spiritus eius in illo**
idest in cor-
pore hominis **pertransibit** mori-
endo **et non
subsistet** Quia recedente anima cadit cor-
pus et dicitur cadaver quasi caro da-
ta vermibus cassio. Audiant qui superbiant
et se gaudent mundana felicitate subiectos
ioni. Transeunt enim simul omnis iocunditas
quitatis et regni est. Darius enim lx. duorum annorum erat. et maius regnum medorum quam persarum legimus et auunculus qui prior erat iure nature successor regni debuit numerari. Unde et visione que contra babilonem in ysaia legitur post multa que longum est ponere hec futura narrantur. Ecce ego suscitabo super eos qui argentum non querant nec aurum velint sed sagittis paruulis interficiant et lactentibus uteri non misereantur. Et ieremias. Sanctificate inquit contra eam gentes reges medie et duces eius et universos magistratus eius cunctamque terram potestatis illius et in consequentibus. Filia babilon. quasi area triture eius tempus. Adhuc modicum et veniet tempus messionis eius. Quod autem in conuiuio capta sit babilon quam hortatur ad pugnam. manifestius scribit ysaias. Babilon dilecta mea. facta est michi in miraculum. Pone mensam. contemplare in specula comedentes et bibentes. Surgite principes arripite clypeum

Capitulum. vi.

Placuit dario et constituit supra regnum satrapas centumviginti ut essent in toto regno suo et super eos principes tres. ex quibus daniel unus erat ut satrape illis redderent rationem et rex non sustineret molestiam. Igitur daniel superabat omnes principes et satrapas. quia spiritus dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Unde principes et satrape querebant occasionem ut invenirent danieli ex latere regis nullamque causam et suspicionem reperire potuerunt eo quod fidelis esset. et omnis culpa et suspicio non inveniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi. Non inveniemus eos danieli huic aliquam occasionem nisi forte in lege dei sui. Tunc principes et satrape surripuerunt regi. et sic locuti sunt ei. Dari rex in eternum vive. Consilium inierunt cuncti principes regni tui magistratus et satrape senatores et iudices ut decretum imperatorium exeat et edictum ut omnis qui petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine usque ad triginta dies nisi a te rex. mittatur in lacum leonum. Nunc itaque confir

Placuit dario et constituit supra regnum satrapas centumviginti ut essent in toto regno suo et super eos principes tres. ex quibus daniel unus erat. Josephus de quo supra diximus huius loci scribens hystoriam ita locutus est. Darius autem qui babiloniorum destruxit imperium iuuante se et pariter dimicante cyro propinquo suo annum vite agebat sexagesimum unum. quando cepit babilonem eratque filius astiagis qui altero apud grecos vocatur nomine. Tulitque secum danielem prophetam et adduxit in mediam et unum fecit de tribus principibus qui universo regno eius preerant. Ex quo intelligimus subuersa babilone darium reuersum ad regnum suum in mediam secumque adduxisse danielem in eodem honore quo a balthasar prouectum acceperat. Nec ambiguum est audisse eum signum atque portentum quod balthasari acciderat et interpretationem quam daniel exposuerat et quomodo medorum regnum persarumque predixerit. Nemo ergo turbetur quod nunc in regno darii nunc in regno cyri daniel fuisse dicatur. Pro dario lxx artaxersen interpretati sunt. Quod autem ordo preposterus est ut ante sub dario narretur historia quam sub balthasar quod postea lecturi sumus qui a dario interfectus est illud michi videtur in causa quod statim hystoriam hystorie copulauit. In fine enim superioris dixerat visionis et darius medius successit in regnum annos natus lx. duos. Sub hoc igitur dario qui interfecit balthasar hec gesta sunt. que dicturi sumus. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Unde principes et satrape querebant occasionem ut inuenirent danieli ex latere regis. Pro principibus quos simmachus transtulit theodocio aquila interpretatus est. Cumque quererem qui essent isti principes in lxx editione legis manifestius qui dixerunt. et duo viri quos constituit cum eo et satrape centum viginti. Cum igitur duobus principibus inter quos tertius erat hunc primum facere cogitauit inuidie et insidiarum nata occasio est. Querebant occasionem ut inuenirent danieli ex latere regis. et in hoc loco hebrei tale nescio

cio quid suspicantur. Vlatus regis regina est vel concubine eius. ceteræque uxores. que ex latere dormiunt. Quere
rebant ergo occasionem in rebus huiuscemodi. si in sermone tactu nutu inter nuncio. possent accusare dani
lem. Sed nullam inquit causam et suspicionem reperire potuerunt quia eunuchus erat et eum uite stupri arguere non poterant. hoc illi dixerint qui propter occasionem unius verbi longas solent fabulas texere. Nos interpretamur simpliciter quod nullam occasionem adversus eum reperint in qua regi noxius fierit eo quod fidelis esset et omnis culpe suspicio non inveniretur in eo. Pro suspicione theodocio et aquila

interpretati sunt que caldaice dicitur essaptha. Cumque ab hebreo quererem quid significaret respondit. Vi verbi sonare

quam nos illecebram sive hoc est errorem possimus dicere. Porro euripides in media

id est peccata appellat. Dixerunt ergo viri illi. Non inveniemus danieli huic aliquam occasionem nisi forte in lege dei sui. Felix conversatio in qua inimici nullam repperiunt occasionem nisi in legitimis dei. tunc principes et satrape surripuerunt regi et sic locuti sunt. Pulcre dixit surripuerunt. Non enim hor

ma sententiam et scribe decretum ut non im
mutetur quod statutum a medis et per
sis nec prevaricari cuiquam liceat. Porro
rex darius proposuit edictum et statuit.
Quod cum daniel comperisset id est constitu
tam legem ingressus est domum suam
et fenestris apertis in cenaculo suo con
tra ierusalem tribus temporibus in die flectebat
genua sua et adorabat. confitebaturque
coram deo suo sicut et ante facere consueverat.
Viri ergo illi curiosius inquirentes inve
nerunt danielem orantem et obsecrantem
deum suum et accedentes locuti sunt re
gi super edicto. Rex numquid non consti
tuisti ut omnis homo. qui rogaret
quemquam de diis et hominibus usque ad dies
triginta nisi te rex mitteretur in lacum
leonum. Ad quos respondens rex ait. Verus
sermo iuxta decretum medorum atque persa
rum. quod prevaricari non licet. Tunc
respondentes dixerunt coram rege. Daniel
de filiis captivitatis iude non curavit
de lege tua et edicto quod constituisti sed
tribus temporibus per diem orat obsecrati
one sua. Quod verbum cum audisset
rex satis contristatus est. et pro danie
le posuit cor ut liberaret eum et usque ad
occasum solis laborabat ut erueret il
lum. Viri autem illi intelligentes regem
dixerunt ei. Scito rex quia lex medorum
est atque persarum ut omne decretum quod

locuti sunt quod agere cogitabant. sed per honorem regis inimico moliuntur insidias. Nunc itaque rex confirma sententiam et scribe decretum ut non immutetur quod statutum est a medis atque persis. Perspicuum fit quod supradiximus. unum regnum fuisse sub dario. et empiro medorum atque persarum. Quod cum daniel comperisset idest constitutam legem ingressus est domum suam. et fenestris apertis in cenaculo suo contra iherusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua. De quo in scriptura sancta celeri memoria congregandum est

quod latine latine menia vel tecta sive solaria et anaria idest cenacula legimus. Nam et dominus noster pascha celebrat in cenaculo et in actibus apostolorum super centum viginti animas credencium spiritus sanctus descendit in cenaculo. Et nunc daniel regis iussa contempnens et in deo habens fiduciam non orat in humili loco sed in excelso et fenestras aperit contra iherusalem ubi erat visio pacis. Orat autem secundum preceptum dei dictaque salo

mis qui contra templum orandum esse memoravit. Tria autem tempora quibus deo flectenda sunt
genua. terciam horam et sextam et nonam ecclesiastica tradicio intelligit. Denique tercia hora descendit
super apostolos spiritus sanctus. Sexta volens petrus comedere ad orationem ascendit in cenaculum. Nona

petrus et iohannes pergebant ad templum viri igitur illi curiosius inquirentes invenerūt daniele(m)
orantem et obsecrantem deum suum Ex hoc loco discimus. ne temere nos offeramus periculis. quantum
in nobis est insidias declinemus. unde et daniel non in foro non in plateis faciebat contra regis imperium
sed in abscondito ut domini dei veri omnipotentis iussa non negligeret. Rex numquid non tu constituisti
ut omnis homo qui rogaret quemque de dijs et hominibus usque ad dies triginta nisi te rex mitteretur in la
cum leonum Tacent de danielis nomine. ut cum rex generaliter se iussisse responderit. verbo suo teneatur

ne aliter super danielem faciat quam locutus est Verus sermo iuxta decretum medorum atque persarum quod prevaricari non licet Crebius ano tamus ubicumque dicitur regnum medorum atque persarum. ut solvamus difficillimam questionem qua nunc sub dario nunc sub cyro daniel fuisse memoratur daniel de filijs captivitatis iude. ut maior sit indignitas contempnentis eum qui regis iussa contempnit dicunt esse captivum. Qui verbum cum audisset rex satis contristatus est et pro daniele posuit cor ut liberaret eum. Intellexit se propria responsione deceptum. et quod causa insidiarum esset invidia Ita que ne contra suam legem facere videretur. non auctoritate regia sed ratione atque consilio vult danielem de discrimine liberare et in tantum nititur et laborat ut rex potentissimus usque ad solis occasum

constituerit rex non liceat ĩmutari Tūc
rex pcepit et adduxerūt danielem et
miserunt eum in lacum leonū Dixit
que rex danieli Deus tuus quem colis
semp. ipse liberabit te Allatusque est la
pis unus et positus est sup os laci quē
obsignavit rex anulo suo. et anulo
optimatū suorū ne quid fieret contra
danielem Et abijt rex ĩ domū suam
et dormivit incenatus. cibique nō sunt
allati coram eo: insup et sōpnus reces
sit ab eo. Tunc rex primo diluculo con
surgens festinus ad lacum leonū perrex
it appropinquansque lacui Danielem
voce lacrimabili inclamavit et affa
tus est eum Daniel serve dei viventis:
deus tuus cui tu servis semp putasne
valuit te liberare a leonibus. Et dani
el regi rūdens ait Rex in eternū vive.
Deus misit angelū suū et cōclusit ora
leonū. et non nocuerūt michi quia corā
eo iusticia ĩventa est ĩ me Sed et corā
te rex delictum nō feci Tunc vehemen
ter rex gavisus est sup eo. et danielem
precepit educi de lacu Eductusque est da

suum abitum non caperet. et nullis tanta in malo pertinacia est. ut nec voluntate regis moveantur nec iniuria. Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei Scito rex quia lex medorum est atque persarum ut omne decretum quod constituit rex non liceat immutari Sciat rex intelligebat principes accusare propter invidiam sic et intelligebant regis animum quod vellet daniele de presenti morte eruere. Unde iuxta legem medorum atque persarum dicunt regis iussa non posse irrita fieri Dixitque rex danieli Deus tuus quem colis semper ipse liberabit te Cedit multitudini et consentientibus adversarijs mortem amici non audet negare Quam ipse obtinere non potuit dei tradidit potentie Nec ambigue loquitur ut dicat si poterit liberare te sed audacter et confidenter deus inquit tuus quem colis ipse liberabit te Audierat enim tres pueros qui

inferioris a daniele gradus erant flammas vicisse babilonias. et danieli multa misteria revelata Unde et diligebat eum hominemque captivum habebat in honore maximo Allatusque est lapis unus et positus super os laci Quem obsignavit rex anulo suo. et anulo optimatum suorum Obsignat anulo suo lapidem quo os lacus claudebatur. ne quid contra danielem moliantur inimici. Credit enim eum dei potentie. et qui de leonibus securus est de hominibus pertimescat Obsignat autem et anulo obtimatum suorum ne quid suspicionis contra eos habere videretur. Et abijt rex in domum suam et dormivit incenatus Cibique non sunt illati coram eo et insup sompnus recessit ab eo Quanta regis benivolentia. ut cibum nec die nec nocte caperet sompnum oculis non concederet. sed cum periculitate prophana ipse penderet affectu Si autem rex nesciens deum hoc facit pro altero quem vult a discrimine liberare. quantomagis nos pro peccatis proprijs media et vigilijs debemus deum ad clementiam flectere Tunc rex primo diluculo consurgens. festinus ad lacum leonum perrexit lacum vocat depressam in altum foveam. vel arentem cisternam. in qua leones

mittebantur Festinus autem primo diluculo pergit ad lacum credens eum vivere Idem cuius latine aquarum congregatio nuncupatur. ut lacus benacus et larius et ceteri Quem vocant idest stagnum Appropinquans ergo lacum daniele voce lacrimabili inclamavit. cordis affectum lacrimis indicat. et oblitus regie dignitatis victor ad captivum dominus currit ad servum. Daniel serve dei viventis Viventem vocat ad distinctionem deorum gentilium qui simulacra sunt hominum mortuorum Deus tuus cui tu servis semper putas ne valuit te liberare a leonibus. Non quo dubitet de dei potentia de quo supradixerat deus tuus quem colis semper liberabit te sed ambiguam sententiam tempat ut cum daniel illesus apparuerit quanto res incredibilior est tanto adversus principes iustior indignatio sit Rex in eternum vive. honorat honorantem. et ei vitam imprecatur eternam Deus meus misit angelum suum et conclusit ora leonum. et non nocuerunt michi quia coram eo iusticia inventa est in me. sed et coram te rex delictum non feci Non leonum feritas immutata est. sed rictus eorum et rabies conclusa est ab angelo. et idcirco clausa. quia prophete bona opera precesserunt ut non tam gratia liberationis sit quam iusticie retributio. has autem voces omnis vir sanctus proferat. qui erutus est de ore leonum invisibilium. et de lacu inferni. quia credidit deum suum Tunc rex darius scripsit universis populis tribubus. et linguis habitantibus in universa terra Sicut nabuchodonosor scribentem linguis et gentibus quidam interpretatus est in contrarias fortitudines ita et darium interpretatus est quod omnes ad penitentiam provocet. et querit utrum hoc in isto mundo futurum sit an in altero vel certe post alios mundos Que nos pro deliramentis et cassis ducentes fabulis. hoc solum dicimus. ideo signa fieri per servos dei apud barbaras nationes. ut unius dei cultus et religio predicetur Porro daniel perseveravit usque ad regnum darii regnumque cyri perse Ergo quod supra in finem prime legimus visionis. fuit autem daniel usque ad annum primum cyri regis non vite illius tempus accipiendum est Siquidem in ultima legimus visione Anno tertio cyri regis persarum. verbum revelatum est danieli cognomento balthasar Sed hoc significatur quod usque ad annum primum cyri regis qui caldeorum destruxit imperium. daniel potens fuerit in caldea postea vero in medos translatus sit

niel de lacu et nulla lesio inventa est in eo quia credidit deo suo Iubente autem rege adducti sunt viri illi qui accusaverunt danielem et in lacum leonum missi sunt ipsi et filii et uxores eorum et non pervenerunt usque ad pavimentum laci donec arriperent eos leones et omnia ossa eorum comminuerunt Tunc darius rex scripsit universis populis tribubus et linguis habitantibus in universa terra Pax vobis multiplicetur A me constitutum est decretum. ut in universo imperio et regno meo tremiscant et paveant deum danielis Ipse est enim deus vivens et eternus in secula et regnum eius non dissipabitur. et potestas eius usque in eternum Ipse liberator atque salvator faciens signa et mirabilia in celo et in terra qui liberavit danielem de lacu leonum Porro daniel perseveravit usque ad regnum darii regnumque cyri perse

Anno primo balthasar regis babilonis. daniel sompnium vidit. hec prophetie quam nunc conamur exponere quia sequens de qua dicturi sumus priores sunt iuxta historiam. quam scribitur. et hoc non solum in daniele sed in ieremia quoque et ezechiele legimus sicut in locis suis si vita comes fuerit docere poterimus Sed in superioribus hystorie ordo se sequitur. quid sub nabuchodonosor et balthasar et dario sive cyro mirabilium signorum acciderit In his vero narrantur sompnia que in singulis sint visa temporibus quorum solus propheta conscius est. et nullam habent apud barbaros signi vel revelationis magnitudinem: Due superiores Ista enim et sequens primo et tertio anno balthasar regis accidisse memorantur Illa autem que ante superiorem lecta est. novissimo anno primo novissima die regni balthasar

Anno primo balthasar regis babilonis daniel sompnium vidit visionem capitis eius in cubili suo Et sompnium scribens brevi sermone comprehendit. summatimque perstringens ait Videbam in visione mea nocte

sed tantum scribunt ut apud posteros eorum que visa sunt memoria perseveret Videbam in visione mea nocte et ecce quatuor venti celi pugnabant in mari magno. et quatuor bestie grandes ascendebant de mari diverse inter se Quatuor ventos celi quatuor arbitor angelicas potestates quibus principalia regna commissa sunt iuxta illud quod in deutronomio legimus Quando dividebat altissimus gentes. quando seperabat filios adam constituit terminos filiorum israel iuxta numerum angelorum dei. Pars autem dni populus eius iacob. funiculus hereditatis eius israel

et ecce quatuor venti celi pugnabant in mari magno et quatuor bestie grādes ascendebant de mari diverse inter se Prima quasi leena et alas habebat aquile aspiciebam donec evulse sunt ale eius et sublata est de terra et super pedes quasi homo stetit et cor eius datū est ei Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit. et tres ordines erant in ore eius et in dentibus eius. et sic dicebant ei Surge comede carnes plurimas pꝰ hec aspiciebam. et ecce alia quasi pardus. et alas habebat quasi avis quatuor super se Et quatuor capita erant in bestia et potestas data ē ei Post hec aspiciebam in visione noctis et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis Dentes ferreos habebat magnos: comedens atque cōminuēs et reliqua pedibus suis conculcans Dissimilis autē erat ceteris bestiis quas videram ante eam et habebat cornua decem Considerabam cornua et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie eius. Et ecce ocu

Mare autem mundū istum sclm quod significat. salsis amaris quod fluctibus redundantem sicut dominus in parabola misse sagene in mari interpretatur Unde et draco rex dicitur omnium que in aquis sunt. et cuius scdm david in mari confringuntur capita Et in amos legimus Si descenderit in profundum maris ibi mandabo dracoui et mordebit eum Quatuor autem bestias que ascendebant de mari et erant diverse inter se angelo disserente noscimus Hec inquit quatuor bestie magne quatuor regna consurgent de terra Quatuor autem venti qui pugnabant in mari magno ideo venti celi esse dicuntur quia unusquisque angelus facit pro eo regno quod sibi creditum est Et hic notandum est quod regnorum feritas atque crudelitas bestiarum nomine demonstretur Prima quasi leena et alas habebat aquile Aspiciebam donec avulse sunt ale eius et sublata est de terra et super pedes quasi homo stetit et cor eius datum est ei Regnum babilonium propter seviciam et crudelitatem sive propter luxuriosam et vitā libidini servientem non leo sed leena appellatur Sunt enim hii qui de bestiarum scripsere naturis leenas esse ferociores maxime si catulos nutriant et semper gestire ad coitum Quod autem habebat alas aquile superbiam significat regni potentissimi cuius princeps loquitur per ysaiam Super sidera celi ponam tronum meū et ero similis altissimo Unde dicitur ad eum Si alte feraris ut aquila inde te detraham Alioquin ut leo inter bestias ita aquila inter aves regnum tenet Sed et hoc dicendum aquilam multo tempore vivere. et regnum assiriorum multis fuisse duratum Quod autem evulse sunt ale eius idest leene sive aquile tercia regna significat quibus prius imperabat et volitabat in mundo. et sublata inquit de terra subverso videlicet imperio caldeorū Quod sequitur et super pedes quasi homo stetit et cor eius datum est ei si de nabuchodonosor intelligimus perspicuum est quod postque perdidit regnum et potencia eius ablata est rursum in pristinū statum restitutus sit et non leenam sed hominem se esse didicerit. et cor receperat quod amiserat Sin autem generaliter de regno caldeorum. hoc sentiendum est quod interfecto balthasar medis persisque in imperium succedentibus babilony homines et humiles fragilisque nature se esse intellexerint Nota ordinem Quem in ymagine caput aureum dicit Hic leena appellatur Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit et tres ordines erant in ore eius et in dentibus eius. et sic dicebant ei Surge comede carnes plurimas Bestia scdā urso similis ipsa est de qua in visione statue legimus Pectus eius et brachia eius de argento hec ob duriciam et ferocitatem urso comparatur Rigidum enim et parcioris victus in morem lacedemoniorum regnum persarum fuit. ita ut et pulmento sale uteretur et cardamo Legamus cyri maioris infanciam Quod quod dicitur in parte una stetit sic hebrei interpretantur nichil eos adversum israel crudele gessisse Unde et in zacharia propheta equi albi appellantur. Tres autem ordines sive versus qui erant in ore eius et in dentibus quidam sic interpretati est ut regnum persarum in tres principes diceret fuisse divisum sicut in periocha balthasar et dary legimus. tres fuisse principes qui centum viginti satrapas prefuerint Aly autem tres re

ges post cyrum fuisse persarum autumant et qui illi sint nomina reticent Nos vero cum post cyrũ qui regnauit
annis triginta sciamus apud persas regnasse cambisen filium eius et fr̃s magos et deinceps darium cuius scdo
anno edificari ceptum est templum in ihrlm̃ quintum xerxen filium dary sextum artabanũ septimũ arthax
ersen qui porcew cognominatus est Octauum xersen Nonum sogdianum decimum darium cognomẽto
noson vndecimũ arthaxersen qui cognominatus ẽ duodecimũ alium arthaxerxen qui et ipsẽ cog

nominatus ẽ ochus
xiiii. arsen ochi fili
um quartumdeci
mum darium ar
sam filium qui ab
alexandro macedo
num rege supatus
est quomodo tres p
sarum reges fuisse
dicemus nisi forte
eligamus aliquos se
uissimos quos ex his
torys reperire non
possumus quos tres
ordines more regni
persarum et in den
tibus eius tria reg
na debemus accipe
babiloniorum me
dorum atque persarũ
que in vnum redac
ta sunt regnũ Quod
infertur et sic dice
bant ei surge come
de carnes plurimas
illud tempus signi
ficat quando sub
assuero quem lxx.
arthaxerxen vocant
ad suggestionem a
man agagite vna
die omnes iudei ius
si sunt trucidari et
puleire non ait de
uorabat eos s3 sic
dicebant ei vt cog
natus tantum fue
rit et nequaquã rei
exitus consecutus
Post hec aspiciebam
et ecce alia quasi p
dus et alas habebat
auis quatuor super
se et quatuor capita
erant in bestia et po
testas data est ei Ter
cium regnũ mace
donum de quo in
statua legimus vẽ
ter et femora eius
ex ere. pardo bestie
velocissime et opa
an compat

li eius quasi oculi hoĩs in cornu isto:
et os loquens ingentia Aspiciebam
donec throni positi sunt et antiquus
dierum sedit Vestimentũ eius candi
dum quasi nix capilli capitis eius
quasi lana munda Thronus eius flã
me ignis rote eius ignis accensus flu
uius igneus rapidusque egrediebatur
a facie eius Milia milium ministra
bant ei et decies milies centena mili
a assistebant ei Iudicium sedit et li
bri apti sunt Aspiciebã propter vocẽ
sermonũ grandiũ quos cornu illud lo
quebatur Et vidi quoniã interfecta
esset bestia et perisset corpus eius et t
ditũ esset ad comburendũ igni Alia
rum quoque bestiarũ ablata esset po
testas et tempora vite constituta essẽt
eis vsque ad tempus et tempus Aspici
ebam ergo in visione noctis et ecce cũ
nubibus celi quasi filius hominis
veniebat et vsque ad antiquũ dierũ
peruenit et in conspectu eius obtule
runt eum et dedit ei potestatẽ et ho
norem et regnũ et omnes populi tri
bus et lingue ipsi seruient Potestas

que preceps fertur ad
sanguinem et salte
in mortem ruit et
alas habebat quatu
or Nichil enim alex
andri victoria velo
cius fuit qui ab illi
rico et adriatico ma
ri vsque ad indicum
oceanum et gangẽ
fluuium tam plus
quam victoriis per
cucurrit et sex annis
europe partem et
oẽm sibi asiam sub
iugauit Quatuor
autem capita eorũ
dem duces dicit eius
qui postea successo
res regni extiterunt
ptolomeum seleucũ
philippum antigo
num Quod additur
et potestas data est
ei. ostendit nõ alex
andri fortitudinis
s3 domini volunta
tis fuisse Post hec
aspiciebam in visi
one noctis. et ecce
bestia quarta terri
bilis atque mirabilis
et fortis nimis. de
tes ferreos habebat
magnos. Comedens
atque comminuens et
reliqua pedibus suis
conculcans Quar
tum quod nunc orbem te
net imperium roma
norum est. de quo
in statua dicitur
tibie eius ferree. pe
dum quedam pars
ferrea. quedam fictil'
et tamen ipsius fer
ri ex parte nunc me
minit. dentes eius
ferreos et magnos
esse contestans Pa
tibusque miror quod cum
supra leenam et
vrsum et pardum

in tribus regnis posuerit romanum regnum nulli bestie comparauit nisi forte vt formidolosam faceret bestia
vocabulum tacuit vt quicquid ferocius cogitauerimus in bestys hoc romanos intelligamus. hebrei quod hic tacitũ
ẽ in psalmis dictum putant. vastabit eam aper de silua et singularis ferus depastus ẽ eam pro quo habet omnes
bestie laceraueruint illam dum in vno imperio romanorum omnia simul regna cognoscimus que prius fuerant se
parata Illud autem quod sequitur comedens atque comminuens et reliqua pedibus suis conculcans significat omnes
nationes vel interfectas ab eis vel tributo et seruituti subiugatas Dissimilis autem inquit erat cunctis bestys
quas videram prius In prioribus enim singula. in hac omnia sunt et habebat cornua decem Porphirius duas
superiores bestias macedonum et romanorũ in pmo macedonũ regno ponit et diuidit. pardum volens intelli
gi ipsum alexandrum. bestiam autem dissimilem ceteris bestys. quatuor alexandri successores. et deinde vsque ad
anthiocum cognomento epiphanea. decem reges enumerat qui fuerant seuissimi Ipsos quoque reges non vnius ponit

regnum verbi gracia Macedonie syrie asye et egypti sed de diversis regnis unum effecit regnum per ordinem ut videlicet ea que scripta sunt os loquens ingencia non de antiocho sed de anthioco dicta credi videantur Et habebat cornua decem Considerabam cornua et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie eius et ecce oculi quasi oculi hominis erant in isto cornu et os loquens ingencia Frustra porphirius cornu parvulum quod post decem cornua ortum est anthiocum suspicatur et de decem cornibus tamen evulsa cornua sextum ptolomeum cognomento philometorem et septimum ptolomeum et arthasian regem armenie Quorum priores multo antequam antiochus nasceretur mortui sunt Contra arthasiam vero dimicasse quondam antiochum novimus: sed illum in regno pristino permansisse Dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt. in consummacione mundi quando regnum destruendum est romanorum. decem futuros reges qui orbem romanum inter se dividant. et undecimum surrecturum esse parvulum qui tres reges de decem regibus superaturus sit idest egypciorum regem et affrice et ethiopie sicut in consequentibus manifestius discussimus Quibus interfectis septem alii reges victori colla submittent Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel dyabolum esse vel demonem sed unum de hominibus in quo totus sathanas habiturus est corporaliter. et os loquens ingencia. est enim homo peccati filius perdicionis ut in templo sedere audeat faciens se quasi deum Aspiciebam donec throni positi sunt et antiquus dierum sedit et reliqua Simile quiddam et in iohannis apocalipsi legimus Post hec statim fui in spiritu. et ecce thronus positus erat in celo et super thronum sedens et qui sedebat similitudinem habebat lapidis iaspidis sardini et iris in circuitu throni similis aspectui smaragdino et circa thronum alii throni viginti quatuor et super viginti quatuor thronos viginti quatuor seniores sedentes amictos vestibus candidis et super capita eorum coronas aureas et de throno egrediebantur fulgura et voces et tonitrua et septem lampades ignis ardentis in conspectu throni. que sunt septem spiritus dei et in conspectu throni sicut mare vitreum simile cristallo Quod autem throni quos vidit daniel hii ipsi videntur esse quos iohannes viginti quatuor thronos nuncupat Vetustus autem dierum ille est qui apud iohannem solus in throno sedet. filius quoque hominis qui venit ad vetustum dierum ipse est qui apud iohannem leo dicitur de tribu iuda radix david et cetera hys similia hos thronos esse reor. de quibus loquitur paulus apostolus Sive throni sive dominaciones et in euangelio legimus Vos autem sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus israel Sedens autem et vetustus dierum dicitur deus ut eternus iudicis habitus demonstretur vestimentum eius quasi nix candidum et capilli capitis eius quasi lana munda. et salvator transformatus in monte et gloriam divine maiestatis assumens in candidis videtur vestibus Quod quia capilli eius lane mundissime comparantur purum ostenditur sincerumque iudicium et nullam personam in iudicando recipiens Tener quoque describitur ut maturitas sentencie comprobetur Thronus eius flamme ignis. ut peccatores tormentorum magnitudinem semper contremiscant. et iusti salventur sic tamen quasi per ignem Rote eius ignis accensus sive currus eius. et in ezechiel quadrige sedens inducitur deus. et omnia dei flamea sunt de quo et alibi dicitur Deus ignis consumens ut lignum fenum stipulam arsuram in die iudicii noverimus. et in psalmis legimus Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu eius omnes inimicos eius Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius ut peccatores traheret in iehennam Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei Non quo iste ministrorum dei numerus definitus sit sed quo maiorem multitudinem humanus sermo explicare non poterit Ista sunt milia. et iste miriades de quibus et in psalmis legimus Currus dei decem milibus multiplex milia letancium dominus in eis et in alio loco Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem Duplex autem angelorum officium est. aliorum qui premia iustis tribuant aliorum qui singulis presint cruciatibus Iudicium sedit et libri aperti sunt. conscientie et opera singulorum in utramque partem

eius potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus Ego daniel territus sum in hys et visiones capitis mei conturbaverunt me Accessi ad unum de assistentibus et veritatem querebam ab eo de omnibus hys Qui dixit michi interpretacionem sermonum: et docuit me Hee quatuor bestie magne. quatuor regna consurgent de terra Suscipient autem regnum sancti dei altissimi et obtinebunt regnum usque in seculum et seculum seculorum Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta que erat dissimilis valde ab omnibus et terribilis nimis Dentes et ungues eius ferrei comedebat et comminuebat. et reliqua pedibus suis conculcabat Et de cornibus decem que habebat in capite et de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua et de cornu illo quod habebat ocu

te bona vel mala omnibus reuelantur Domus liber ille ē quem sepe legimus Accusator fratrum nostrorum. liber iste terre
nus est de quo et propheta dicit In terra scribantur Aspiciebam propter vocem sermonū grandium quos cornu illud
loquebatur dei iudicium venit propter humiliandam superbiam Idcirco romanū delebitur regnū. quia cornu
illud loquebatur grandia. et vidi qm̄ interfecta esset bestia et perisset corpus eius et traditum esset ad comburendum
igni Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas et tempora vite constituta essent eis usque ad tempus et tempus
In uno romano imperio propter antixpm blasphemantem omnia simul regna deleta sunt et nequaquam terrenum
regnum erit sed sanctorum conuersacio et aduentus filii dei triumphantis de quo dicitur Ecce in nubibus celi
quasi filius hominis veniebat Qui in sompnio nabuchodonosor lapis scribitur abscisus sine manibus et creuis
se in montem magnum et comminuisse testam ferrū es argentum et aurū. nunc sub persona filii hominis in
troducitur ut assump
cio carnis humane
significetur in filio
Iuxta illud qd in ac
tibus aplorum legi
mus Viri galilei quid
statis aspicientes in
celum Hic ihesus qui
assumptus est in ce
lum a nobis sic ve
niet quemadmodū
vidistis eum euntē
in celum et usque ad
antiquū dierum per
venit Totum quod di
oblatum eum omni
potenti deo et acce
pisse potestatem et
honorem et regnū
iuxta illud apostoli
accipiendū ē Qui
cum in forma dei es
set non rapinam
arbitratus ē esse se
equalem deo sed semet
ipsum exinaniuit
formam serui acci
piens. in similitudi
nem hominū factus
et habitu inuentus
ut homo humiliauit
seipm̄ factus obedi
ens usque ad mortem
mortem autem cru
cis. et omnes popu
li tribus ac lingue
ipsi seruient Potes
tas eius potestas eter
na que non auferetur
tur et regnum eius
quod non corrumpetur
hoc cui potest homi
num conuenire res
pondeat porphirius
aut quis iste tam po
tens sit qui cornu par
uum quem anthio
cum interpretatur
fregerit atque contriue
rit Si responderit
anthioci principes a
iuda machabeo fuis
se superatos docere de
bet quomodo cum nu
bibus celi veniat qua
si filius hominis et
offeratur vetusto di
erum et detur ei po
testas et regnū et om
nes populi et tribus
seruiant ei potestas
eius eterna sit que
nullo fine claudatur
hec bestie magne qua
tuor. quatuor regna
surgent de terra Sus
cipient autem reg
num sancti dei al
tissimi Quatuor reg
na de quibus supra
diximus fuere ter
rena Omne enim
quod de terra est re
uertetur in terram.
Sancti autem ne
quaquam habebunt
terrenum regnū
sed celeste Cessent ergo
mille annorum fa
bula et obtinebunt
regna usque in sclm̄
et sclm̄ seculorum
Si hoc de machabe
is intelligitur. do
ceat qui ista conten
dit quo regnum
eorum perpetuum
sit Et sermonem
contra excelsum lo
quetur. siue ut in
terpretatus ē sim
machus. sermones
quasi deus loquetur
ut qui dei assumit
potenciam verba
quoque diuine sibi
vendicet maiesta
tis et sanctos altis
simi conteret et pu
tabit quod possit mu
tare tempora et leges
Preliabitur enim
antixps contra sanc
tos et superabit eos
In tantum quoque eriget
superbiam ut leges
dei et cerimonias
mutare conetur et
eleuetur super omne
quod dicitur deus et
religio cuncta sue
subiciens potestati
et tradentur in ma
nus eius usque ad tem
pus et tempora et dimidium temporis Tempus annum significat. et tempora iuxta hebraici sermonis proprie
tatem qui et ipsi dualem numerum habent duos annos prefigurant Dimidium autem temporis sex men

los et os loquens grandia et maius erat
ceteris Aspiciebam et ecce cornu illud fa
ciebat bellū aduersus sanctos et preua
lebat eis. donec venit antiquus dierū
et iudicium dedit sanctis excelsi et tem
pus aduenit et regnū obtinuerunt sā
Et sic ait bestia quarta Regnū quar
tum erit in terra quod maius erit omni
bus regnis et deuorabit vniuersam ter
ram et conculcabit et comminuet eam
Porro decem cornua ipsius regni decem
reges erunt et alius consurget post eos
et ipse potencior erit prioribus et tres
reges humiliabit Et sermones contra
excelsū loquetur et sanctos altissimi con
teret Et putabit quod possit mutare tēpo
ra et leges et tradentur in manu eius vs
que ad tempus et tempora et dimidium
temporis Et iudicium sedebit vt aufera
tur potencia et conteratur et dispereat vs
que in finem Regnū autem et potestas et
magnitudo regni que est subter omne celū de
tur populo sanctorum altissimi cuius regnū
regnū sempiternū est et omnes reges seruient ei et
obedient Hucusque finis verbi Ego daniel
multū cogitationibus meis conturbabar et
facies mea mutata ē in me verba autem in
corde meo conseruaui

ses. quibus sancti potestati antixpi puniendi sunt ut condempnentur iudei qui non credentes veritati susceperunt mendacium. De quo tempore et salvator in evangelio loquitur Nisi abreviati essent dies illi nequaquam salva esset ulla caro. Non conveniunt hec tempora anthioco in extrema visione dicemus. Et iudicium sedebit ut auferatur potentia et conteratur et dispereat usque in finem hoc de antixpo idest de cornu parvulo quod grandia loquebatur quia regnum eius destruendum sit in perpetuum. Regnum autem et potestas et magnitudo regni que est super omne celum. hoc de xpi imperio quod sempiternum est. huiusque finis verbi. Istius verbi atque sermonis quem michi in primi visione dominus revelavit. Ego daniel multum cogitationibus meis conturbabar et facies mea mutata est in me. verbum autem in corde meo conservavi. Hactenus liber danielis caldaico syriacoque sermone conscriptus est. Cetera que sequuntur usque in finem voluminis hebraice legimus

Capitulum octavum

Anno tercio regni balthasar regis visio apparuit michi. Ego daniel post id quod videram in principio vidi in visione mea cum essem in susis castro quod est in helam civitate. Vidi autem in visione esse me super portam ulai et levavi oculos meos et vidi. Et ecce aries unus stabat ante palude habens cornua excelsa et unum excelsius altero atque succrescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem et contra aquilonem et contra meridiem et omnes bestie non poterant resistere ei neque liberari de manu eius. fecitque secundum voluntatem suam et magnificatus est. Et ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem tocius terre et non tangebat terram. Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos et venit usque ad arietem illum cornutum quem videram stantem ante portam. Et cucurrit ad eum impetu magno fortitudinis sue. Cumque appropinquasset pro

Anno tercio regni balthasar regis visio apparuit michi. Post duos annos superioris revelationis facta est hec visio. Illa enim primo anno balthasar hec in tercio decernitur. Unde infert post id quod videram in principio. Vidi in visione mea cum essem in susis castro quod est in helam regione sive ut simmacus interpretatus est civitate. a qua etiam regio nomen accepit. ut a babilone babilonii et ab elam elamite. Pro quo lxx elimaidem regionem interpretati sunt. Susa autem metropolis est regionis elamitarum. In qua daniel secundum hystoriam iosephi turrim extruxit excelsam et quadro edificatam marmore tanteque magnitudinis ac pulcritudinis ut usque in presens nova esse videatur. In eaque regum persarum atque medorum conduntur reliquie et custos sive edituus ac sacerdos eiusdem loci iudeus est. Cum essem in susis castro. Non quod castrum sit urbs ut diximus metropolis et potentissima sed quo tanta firmitate edificata ut castrum videatur esse. Vidi autem in visione esse me super portam ulai. Pro quo aquila transtulit super ubalulai et theodocion super ubal et simmacus super palludem ulay. lxx. autem iuxta portam ulay. Sciendum est autem ulay esse nomen loci sive porte ut introia scea porta et apud romanos carmentalis dicitur habentes singule ex propriis causis origines nominum et levavi oculos meos et vidi. Quoniam in sompniis videntur que videntur in umbra videtur licet et ymagine tamen ne ipsa quidem videre possumus. sine oculis elevatis. et ecce aries unus stabat super palludem sive ante portam quod hebraice dicitur ubal habens cornua excelsa et unum excelsius altero atque succrescens. Arietem vocat darium avunculum cyri qui post astiagem patrem regnavit in medis. Cornu autem unum excelsius altero atque succrescens ipsum cyrum significat qui post astiagem avum maternum cum avunculo dario quem greci cyaxarem vocant medis imperavit et persis. Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra orientem et contra aquilonem et contra meridiem. Non ipsum arietem cyrum videlicet vel darium sed eiusdem regni arietem idest darium alterum qui ultimus potentie persice rex fuit et quem superavit alexander philippi filius rex macedonum. Et autem darius iste rex potentissimus et ditissimus fuerit tam grece quam latine ac barbare narrant hystorie. et ego inquit intelligebam. Ex superioribus enim visionibus in quibus secundum regnum per argentum et ursum significatum est etiam nunc intelligit quod medorum atque persarum cernat imperium. ecce autem hyrcus caprarum veniebat ab occidente super faciem tocius terre et non tangebat terram. Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. et venit usque ad arietem illum cornutum quem videram stantem ante portam. et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. Cumque appropinquasset prope arietem efferatus est in eum et percussit arietem et comminuit duo cornua eius et non poterat aries resistere ei. Cumque eum misisset in terram conculcavit et nemo quibat liberare arietem

de manu eius Hircus autem capra rum magnus factus ē nimis Cumque creuisset fractum est cornu magnum et orta sunt cornua quatuor subter illud per quatuor ventos celi De vno autem ex hys egressum est cornu vnū modicum et fcm̄ est grande Ne quis me putet proprium sensum ponere gabrielis exponentis visionem prophete verba dicamus Aries inquit quem vidisti habere cornua rex medorum est atque persarum Darius videlicet filius arsami. in quo medorum atque persarum regnum destruendum ē Porro hircus caprarū qui venerat ab occidente propter nimiam velocitatem terram tangere non videbatur est alexander rex grecorum qui subuersis in persis arma corripuit et apud granicum fluuiū iuxto termine dary duces superauit. et ad extremū ipm̄ percussit arietem et duo eius cornua fregit medos atque persas Misitque eum sub pedibus suis et vtrumque cornu suo subiugauit imperio. Cornu autem grande ipse ē rex primus alexander Quo tricesimo scdō etatis sue

pe arietem efferatus est in eum et percussit
arietem et cōminuit duo cornua eius
Et non poterat aries resistere ei Cumque cū
misisset in terrā conculcauit et nemo
quibat liberare arietē de manu eius. Hir
cus autem caprarū magnus factus est
nimis Cumque creuisset factū ē cornu mag
num. et orta sunt quatuor cornua sub
ter illud per quatuor ventos celi De vno
autem ex eis egressum est cornu vnum
modicum et factū est grande contra meri
diem et contra orientem et contra fortitu
dinem Et magnificatum est vsque ad for
titudinem celi et deiecit de fortitudine et
de stellis et conculcauit eas vsque ad princi
pem fortitudinis magnificatus ē Et ab
eo tulit iuge sacrificiū et deiecit locū sanc
tificationis eius Robur autem datum
est contra iuge sacrificiū propter peccata
et prosternetur veritas in terra et prospera
bitur et faciet. et audiui vnū de sanctis lo
quentem et dixit vnus sanctus alteri ne
scio cui loquenti Vsquequo visio et iuge sa
crificium et peccatum desolationis que

anno mortuo in babilone surrexerunt pro eo quatuor duces eius qui sibi imperiū diuiserunt Egyptum enim ptolomeus lagi filius tenuit Macedonas philippus qui et arideus frater alexandri Syriam et babiloniam et omnia regna orientis seleucus Nichanor asie regnauit qui et antigonus Secundo inquit in fortitudine eius Nullus enim magnitudini alexandri potuit coequari et post multa tempora: Syrie rex impudens facie et intelligens propositiones consurget anthiocus epifanes nec filius seleuci qui et philopatron appellatus est Cum obses fuisset rome et nesciente senatu per dolū cepisset imperium contra ptolomeum philometorem dimicauit. hoc ē contra meridiem. contra ptolomeū et contra egyptios. Rursumque ad orientem contra eos qui res nouas in perside moliebantur Ad extremum contra iudeos dimicans capta iudea ierosolimam ingressus est et in templo dei

simulacrū iouis olimpij statuit et vsque ad fortitudinem celi idest filios israel qui angelorum vallabantur auxilio creuit magnificentiam suam. ita vt de sanctis plurimos ydolatrie subiceret et velud stellas celi conculcaret pedibus suis Atque ita factum ē vt et meridiem et orientem idest egyptum et persidem suo retineret imperio Cumque ait et ad principem fortitudinis magnificatus ē. hoc significat quod erectus sit contra deum et sacerdotes eius persecutus et tulerit idest iuge sacrificium et quod mane offerebatur et vespere et polluerit atque deiecerit locum sanctificationis eius Et hoc non sua virtute: sed propter peccata populi Atque ita factum est vt veritas prosterneretur in terra et cultu ydolorum florente dei religio conquiesceret Et audiui vnū de sanctis loquentem. et dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti: pro altero nescio quo summacus interpretatus est

quem et nos secuti sumus aquila et theodocio et lxx. phelmoni ipm̄ verbum hebraicū posuerunt Nomen quoque angeli faciens generaliter vnūquemlibet de angelis indicauit Vsquequo visio et iuge sacrificiū et peccati desolationis que facta est et sanctuarium et fortitudo conculcabitur. Vnus angelus interrogabat alterum angelum vsque ad quod tempus dei iudicio sub anthioco rege syrie templum futurum sit desolatum et simulacrum iouis statutum in templo dei et dixit ei vsque ad vesperam et mane Duo milia trecenti et mundabitur sanctuarium legamus machabeorum libros et iosephi historiam. ibique scriptum repperimus centesimo. xliij. anno a seleuco qui primus regnauit in syria post alexandrum ingressum anthiocum ierosolimam vniuersa vastasse reuersumque anno tercio in templo posuisse statuam iouis et vsque ad iudam machabeum idest vsque ad annū centesimum. xlviij. per annos vastitatis ihrl̄m sex. contaminacionis autem templi tres duo milia ccc. dies et tres menses esse completos Post quos templum purgatum est Ceterum iudam pro duobus milibus trecentis. duo milia ducentos legunt ne sex annis tres

menses superesse videantur: hunc locum pleriqz nostrorum ad antichristum referunt et qd' sub anthioco in typo factum
est sub illo in veritate dicit esse conplendum Quod autem infert. mundabitur sanctuarium. unde machabei sig

nificat tempora
qui de vico modi
n filys ac propi
quis secum an
nitentibus et mil
tis de populo in
deorum anthio
ci duces supavit
iuxta emmaus
que nunc nico
polis dicitur Et
audiens anthio
cus qui contra
principem prin
cipum surrexe
rat idest dominum
dominancium
et regem regum
in elymaide. que
regio persarum
est templum dy
ane spoliare cu
piens qd' habe
bat preciosa do
naria et ibi quo
qz amisso exer
citu sine mani
bus contritus est
idest tristicia et
morbo periit Ves
pere autem et
mane successio
nem diei et noc
tis qz significat
Factum est autem
cum viderem ego
daniel visionem
et quererem in
telligenciam.
Videbat visionem
per picturam et
ymaginem et
illius intelligen
ciam nesciebat
Non ergo omnis
qui videt intelli
git Quomodo
si scripturam
sanctam legamus
oculis et corde
non intelligamus
Ecce stetit in con
spectu meo qua
si species viri. non
enim viri sunt
angeli sed in spe
videntur virorum
sicut abraham
ad quercum ma
bre tres visi sunt
viri qui utiqz vi
ri non erant.
In quibus unus

facta est et sanctuarium et fortitudo conculca
bitur Et dixit ei Usqz ad vesperam et mane
dies duo milia trecenti et mundabitur sanc
tuarium Factum est autem cum viderem
ego daniel visionem et quererem intelli
genciam ecce stetit in conspectu meo qua
si species viri et audivi vocem viri inter
ulai et clamavit et ait Gabriel fac intelli
gere istam visionem Et venit et stetit iux
ta ubi ego stabam. Cumqz venisset pavens
corrui in faciem meam. Et ait ad me. In
tellige fili hominis. quoniam in tempore finis
complebitur visio Cumqz loqueretur ad me:
collapsus sum pronus in terram. Et teti
git me et statuit me in gradu meo dixit
qz michi Ego ostendam tibi que factura sint
in novissimo maledictionis. quoniam habet tem
pus finem suum Aries quem vidisti habe
re cornua. rex medorum est atqz persarum
Porro hircus caprarum rex grecorum est et cor
nu grande qd' erat inter oculos eius. ipse est
rex primus Quod autem fracto illo surrexerunt
quatuor pro eo. Quatuor reges de gente eius
consurgent sed non in fortitudine eius Et
post regnum eorum: cum creverint iniquita
tes: consurget rex impudens facie et intel
ligens proposiciones. et roborabitur forti
tudo eius sed non in viribus suis. et supra
quam credi potest universa vastabit: et
prosperabitur et faciet Et interficiet robus
tos et populum sanctorum secundum voluntatem

adoratur ut do
minus Unde
salvator loquitur
in evangelio.
Abraam vidit
diem meum.
et letatus est et
audivi vocem
viri inter ulay
et clamavit et
ait Gabriel fac
intelligere ista
visionem Virum
istum qui gab
eli precipit ut
danieli faciat in
telligere visio
nem: michi mi
chaelem arbi
tramur Consequen
ter autem quia
visio de prelys
erat regum qz
certaminibus
regum uno reg
norum successi
onibus. gabriel
qui prepositus
est prelys huic of
ficio mancipatur
Gabriel enim in
linguam nostram
vertitur fortitu
do vel robustus
dei Unde eo tem
pore quo erat domi
nus nasciturus
et indicturus
bellum demoni
bus et triumpha
turus de mundo.
gabriel venit ad
zachariam et ad
mariam. et pos
tea in psalmis
de domino legi
mus triumphan
te Quis est iste
rex glorie. do
minus fortis et
potens dominus
potens in prelio:
ipse est rex glorie.
Ubicumqz enim
medicina et sa
natio necessaria
est raphel mitti
tur qui interp
tatur curatio vel
medicina dei.
Sicut cum tamen
placuit thobie
librum recipe

Porro ubi populo prospera promittuntur. Et iacatalor qd' nos vel propiciationem vel expiationem possumus di
cere necessaria est michael dirigitur qui interpretatur quis ut deus. hoc videlicet nominis interpretatione
significante. quod in deo vera sit medicina et ait ad me Intellige fili hominis. et ezechiel et daniel et zacharias

quia sepe se inter angelos esse cernunt ne eleuentur in superbiam et angelice vel nature vel dignitatis esse se credant admonentur fragilitatis sue. et filii hominum nuncupantur ut homines esse se nouerint. et tetigit me et statuit me in gradu suo propheta qui pauore collapsus quadrupes et pronus iacebat in terra ad tactum angeli erigitur ut possit absque formidine audire et intelligere que dicuntur. Tu vero signa visionem quia post dies multos erit. Exposita gabriel angelus visione quam supra diximus. ponit in fine. tu ergo signa visionem quia post dies multos erit. ex verbo ostendens signaculi obscura esse que dicebantur et non parere multorum auditibus nec posse ante intelligi nisi rebus et operibus impleatur. Et ego daniel langui et egrotaui per dies. hoc est illud quod in genesi de abraam legimus. qui postquam deum audierat loquentem sibi. terram et cinerem esse se dixit. ergo daniel ad visionis horrore

suam et dirigetur dolus in manu eius et cor suum magnificabit et in copia rerum omnium occidit plurimos et contra principem principum consurget et sine manu conteretur Et visio vespere et mane que dicta est. vera est. Tu ergo visionem signa: quia post multos dies erit Et ego daniel langui et egrotaui per dies Cumque surrexissem faciebam opera regis et stupebam ad visionem et non erat qui interpretaretur

languisse et egrotasse se dicit et cum surrexisset fecisse opera que sibi a rege imperabantur reddens omnibus omnia. et euangelium illud sciens Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. et stupebam ad visionem et non erat qui interpretaretur. Si non erat qui interpretaretur quomodo supra interpretatus est angelus. Sed quod dicit: hoc est. Reges audierat et eorum nomina nesciebat. futura cognouerat. et quo futura essent tempore dubius fluctuabat. Itaque quod solum facere poterat stupebat ad visionem et dei cuncta scientie relinquebat

In anno primo darii filii Capitulum nonum assueri de semine medorum qui imperauit super regnum chaldeorum Anno uno regni eius. ego daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad ieremiam prophetam. ut complerentur desolationis ierusalem septuaginta anni Et posui faciem meam ad dominum deum meum rogare et deprecari in ieiuniis sacco et cinere et oraui ad dominum deum et confessus sum et dixi Obsecro domine deus magne et terribilis custodiens pactum et misericordiam diligentibus te et custodientibus mandata tua Peccauimus iniquitatem fecimus. impie egimus et recessimus et declinauimus a mandatis tuis ac iudiciis Non obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo

In anno primo darii filii assueri de semine medorum qui imperauit super chaldeorum regnum. Hic est darius qui cum cyro chaldeos babilonios superauit ne putemus illum darium cuius secundo anno templum edificatum est: quod porphirius suspicatur ut annos danielis extendat vel eum qui ab alexandro macedonum rege superatus est. Addit quoque nomen patris ad ditque victoriam. quia primus de semine medorum subuertit regnum chaldeorum ut auferat propter similitudinem nominum lectionis errorem. Ego daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad ieremiam prophetam ut complerentur desolationis ierusalem lxx anni. et posui faciem meam ad dominum deum rogare et deprecari in ieiuniis sacco et cinere. Predixerat ieremias lxx. annos desolationis templi. postquam populus rursum veniret in iudeam ut edificaret templum et ierusalem. Que res danielem non facit negligentem sed magis prouocat ad rogandum ut quod deus promisit per suam clementiam precibus impleat preces. ne negligentia et superbia pariat offensam. Denique et in genesi legimus centum viginti annos penitentie constitutos. ante diluuium. et quia tanto tempore. hoc est centum annis noluerunt agere penitentiam nequaquam expectat ut viginti alii anni compleantur sed infert ante quod postea fuerat comminatus. et ad ieremiam dicitur ob duriciam populi cordis iudeorum Ne ores pro populo hoc quia non exaudiam te et ad samuel. Usquequo luges super saul et ego abieci eum. In cinere et

et facto postulat impleri qđ promiserat deus non quo esset incredulus futurum s; ne securitas negligenciam et negligencia pareret offensam Deus magnus et terribilis aduersum eos qui tua precepta contempnunt custodiens pactum et miam diligentibz te et custodientibz mandata tua Non ergo quod pollicetur deus statim futurum est s; in eos sua promissa complet qui custodiunt mandata illius Peccauimus. inique egimus impie gessimus Peccata populi dinumerat ex persona sua Et et aplm in epla ad romanos facere legimus. tibi domine iusticia Juste enim patimur. qđ meremur Tibi domino deo nostro et propiciacio et mia De quo et supradixerat tibi domine iusticia nunc quia dominus non solum iustus. s; et misericors est Dicit tibi dne misericordia vt post suam iudicantis eum prouocet ad clemenciam et stillauit super nos maledictio et detestacio Non totam in nos effudisti iram: quam ferre nō potuisti s; stillam furoris tui vt correpti ī plagam ad te reuertemur Malediccio et detestacio q̄ scripta est in libro moysi serui dei In deutronomio maledicciones et benedicciones dei legimus q̄ postea dicte sunt in monte garizan et hebal. sup iustos et peccatores. Omne malum hoc venit sup nos et nos rogauimus faciem tuam domine deus noster. vt reuerteremur ab iniquitatibus nr̄is et cogitaremus veritatem tuā Grandis duricia vt et in plagis positi dominum non rogarent Et si rogarunt io non rogarunt quia non sunt reuersi ab iniquitatibz suis Reuersio autem ab iniquitate ē cogitare veritatem dei. et vigilauit dominus super maliciam et adduxit eam sup nos Quando vero propt' peccata corripimur vigilat sup nos deus et visitat nos Quando vero a deo deserimur et nisi iudicamur. indignique sumus correctione domini tunc dormire dicitur Vnde et in psalmus legimus Exurrexit quasi dormiens dominus et quasi potens crapulatus a vino Malicia enim nr̄a inebriat deum Que quando in nobis corripitur euigilare dicitur et de sua ebrietate consurgere Vt nos peccato ebrios euigilare faciat iusticie et nunc domine deus nr̄ qui eduxisti populum tuum de terra egypti ī manu forti Memor est antiqui beneficij vt ad similem dominum clemenciam prouocet ostende faciem tuā super sanctuarium tuum. qđ desertum ē Imple ope qđ sermone pollicitus es Vicinum desolacionis tempus impletur Inclina aurem tuam deus meus et audi me: aperi oculos tuos et vide desolacionem nostram et ciuitatem super quā inuocatum ē nomen tuum

regibus nr̄is principibus nr̄is patribus nostris. omnique populo terre Tibi domine iusticia nobis autem confusio faciei. sicut est hodie viro iuda et habitatoribus iherusalem et omni israel hys qui prope sunt et hys qui procul in vniuersis terris ad quos eiecisti eos propter iniquitates eorum in quibus peccauerūt ī te domine Nobis confusio faciei regibus nostris principibus nostris et patribus nostris qui peccauerūt Tibi autem domino deo nostro misericordia et propiciacio. quia recessimus a te et non audiuimus vocem dn̄i dei nostri vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis p seruos suos prophetas et omnis israel preuaricati sunt legem tuam et declinauerūt ne audirent vocem tuā et stillauit sup nos maledictio et detestacio que scripta est in libro moysi serui dei quia peccauimus ei Et statuit sermones suos quos locutus est sup nos et super principes nostros qui iudicauerunt

hec loquitur vt qui exaudimur inclinare deus videatur aurem suam quando respicere nos dignatur. aperire oculos suos. quando vero auertit faciem suam et oculis eius et auribus videamur indigni Cumque adhuc loquerer et orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei israel. gͦ vt supradiximus non populi tantū peccata s; et sua replicat quia vnus ē populo ē. sive humiliter cum ipse pctm non fecerit s; se iungit populo peccatori vt ex humilitate veniam consequatur Nota q hic dixerit confiteri peccata sua In multis enim sancte scripture inuenimus locis q confessio non penitenciam s; laudem sonat Adhuc me loquente in oracione ecce vir gabriel quem videram in visione in principio Principium vocat preteritam visionem quam hec sequitur. et grandis oracionis effectus est. impleta promissio domini qui ait Adhuc te loquente dicam. ecce assum. Videtur autem gabriel non angelus vel archangelus sed vir vt nequaquam seruum s; nomen virtutis ostendere. et volans tetigit me. in tempore sacrificij vespertini volare dicitur. quia vt vir apparuerat. et in tempore sacrificij vespertini. quia oracio prophete a sacrificio matutino vsque ad sacrificium vespertinū perseuerauerat. et propterea dei in se flexit misericordiam et docuit me Tam obscura est visio vt propheta angeli doctrina indigeat Daniel nunc egressus sum vt docerem te et intelligeres Nunc ad te missus sum et egressus sum a facie dei Sed nec vt ab eo recederem sed ut ad te venirem Ab exordio precum tuarum egressus ē sermo vt rogare cepisti statim impetrasti iram dei et egressa sentencia ē Et idcirco ego missus sum vt tibi exponerem que ignoras Quia vir desideriorum es

nos et vt supinduceret in nos malū mag
num quale nūqm̄ fuit sub omni celo
secundum qd᷒ factum est in iherusalē
sicut scriptum ē in lege moysi Omne
malum hoc venit sup nos et non roga
uimus faciem tuam dn̄e deus noster.
vt reuerteremur ab iniquitatibus nos
tris et cogitaremus veritatem tuā Et
vigilauit dominus sup maliciam et
adduxit eam sup nos Justus dn̄s deus nr̄
in omnibus opibus suis que fecit Non
enim audiuimus vocem eius Et nunc
domine deus noster qui eduxisti populū
tuum de terra egipti in manu forti et fe
cisti tibi nomen scd̄m diem hanc pecca
uimus iniquitatem fecimus dn̄e in o
nem iusticiam tuam Auertatur obsecro
ira tua et furor tuus a ciuitate tua ihe
rusalem et a monte tuo Propter peccata
enim nr̄a et iniquitates patrū nr̄orum
ihrl̄m et populus tuus in obprobrium
sunt omnibus p circuitum nr̄m Nunc
ergo exaudi deus noster oracionē serui

siue amabilis et dei amore dignus vt salomon appellatus est idida siue vir desideriorū. qd᷒ pro desiderio tuo dei secreta audire merearis et esse conscius futurorum Tu autem animaduerte sermonem et intellige visionem Si danieli dicitur diligenter attende vt audias et intelligas quod vides. quid nos facere oportet oculi ignorancie tenebris obcecati sṫ. septuaginta ebdomadas abbreuiate sṫ super populum tuū et super vrbem sanctam tuam Quia propheta dixerat eduxisti populum tuū et nomen tuum inuocatū ē super ciuitatem tuam et sup populum tuum. propterea ex persona dei loquitur gabriel Nequaqm̄ populus dei est ꝭ populus tuus nec vrbs sancta dei. ꝭ sancta vt dicas tibi Simile quid et in exodo legimus. quando deus loquitur ad moysen. descende peccauit enim populus tuus. hoc est non populus meus. quia me deseruit Quia igitur postulas pro ihrl̄m et oras pro populo iudeorum. audi me ī lxx. annorum ebdomadibus futura sint populo tuo et vrbi tue que sequuntur Scio de hac questione ab eruditissimis viris varie disputatum. et vnumquemque pro captu ingenii sui dixisse qd᷒ senserat Quia igitur periculosum est de magistrorum ecclesie iudicare sententiis. et alterum pferri alteri dicam qd᷒ vnusquisque senserit lectoris arbitrio derelinquens cuius expositionem sequi debeat Affricanus ī quinto temporum volumine de lxx ebdomadibus hec locutus ad uerbum ē Capl̄m qd᷒ in daniele de lxx. ebdomadibus legimus multa et admirabilia continet. que nunc longum est dicere. ergo qd᷒ ad presens opus pertinet de temporibus disserendum ē Nulliqꝫ dubium quin de aduentu xṗi predicacio sit qui pꝰ lxx. ebdomadas mundo apparuit postqm̄ consummata sunt delicta et finem accepit pctm̄ et deleta ē iniquitas et annunciata ē iusticia sempiterna et impleta est visio et prophecia qr lex et prophete vsqꝫ ad iohem̄ baptistam et vetus sanctꝰ scōrū Que omnia pusqm̄ xṗs humanū corpus assumeret spabant magis qm̄ tenebant Dicit autem angelus lxx. annorū ebdomadas idest annos quadringentos nonaginta ab exitu smonis vt respondeatur. et vt edificetur ihrl̄m. Vicesimum arthaxersis regis persarum annum habere principium Neemias quippe huiꝰ pincerna sicut et in esdre libro legimus rogauit regem accepitqꝫ responsum vt edificaretur ihrl̄m et egressꝰ est ꝑmo qui extruende vrbis et circumdande muris daret licencia que vsqꝫ ad illud tempus vicinarū gencium patebat incursibus Siquidem a cyro regis imperio qui volentibus reuerti ierosolimam dederat potestatem. iesus pontifex. et zorobabel ꝛ post esdras sacerdos et ceteri qui cum eis profecti voluerant templum et vrbem et muros eius edificare conati sṫ prohibentibus in circuitu nacionibus ne impleretur opus quasi rex hoc non iussisset Mansit itaqꝫ imperfectum opus. vsqꝫ ad neemiam et vicesimum annū regis arthaxersis Quo tempore regni persarum centum et xv. anni fuerant euoluti Captiuitatis autem ihrl̄m centesimus octogesimus quintus annus erat et tunc pmum arthaxersis iussit muros extrui in ihrl̄m. Cui operi prefuit neemias Et edificata est platea et muri circumdata. et ex illo tempore si numerare velis. lxx annorum ebdomadas vsqꝫ ad xṗm poteris inuenire Nec si nos ciuium principium ab illo tempore voluerimꝰ sumere et tempora nonꝰ currerent et multa repperimus etiam Nam si a cyro et pma eius indulgencia qua iudeorum ē laxata captiuitas. lxx. numerentur ebdomades. centum et eo amplius inuenimus annos. qui statutum lxx. ebdomadarum excedant numerum et multoplus. si ex die qua danieli locutus ē angelus Additurqꝫ amplior numerus. si captiuitatis exordium volueris ebdomadarum habere principium P mansit namqꝫ regnum persarum vsqꝫ ad inicium macedonum annis ducentis triginta. et ipsi macedones regnauerunt annis trecentis atqꝫ ccc vsqꝫ ad annum quintumdecimum tyberii cesaris quando passꝰ est xṗs numerantur anni sexaginta qui simul faciunt annos quingentos nonaginta. ita vt centū supsint anni A vicesimo autem anno arthaxersis regis vsqꝫ ad xṗm. coplentur ebdomade lxx. iuxta lunarem hebreorū supputacionem qui menses non iuxta solis ꝭ iuxta lune cursum numerant Nam a centesimo et xv᷒. anno regni p

sarum quando arthaxerses rex eiusdem imperii uigesimum regni sui habebat annum. et erat octogesime et tercie olimpiadis annus quartus usque ad ducentesimam secundam olimpiadem et secundum eiusdem olimpiadis annum tyberiique cesaris annum xv colliguntur anni quadringenti lxxv. qui faciunt annos hebraicos quadringentos nonaginta iuxta lunares ut diximus menses. qui secundum illorum supputationem possunt facere per singulos menses dies xx^ti viiii semis. ita ut solis circulus per annos quadringentos nonaginta plus habeat dies cc. lxv. et quartam diei partem et per xii. menses singulorum annorum xi dies et quarta diei pars amplius repperiatur. Unde greci et iudei per tot annos trium mensium ebolismos faciunt. Si enim octides undecim et quartam partem volueris supputare. nonaginta dies. hoc est tres menses efficies. et in quadringentis lxxv annis. octonarii repetientur anni. et lviii et menses tres. Qui simul faciunt plus minus xv annos. Et si quadringentis lxxv annorum facies ebdomadas. hoc est simul annos ccc nonaginta. hec affirmamus isdem verbis que expressimus locutus est. Transeamus ad eusebium panphili. qui in octavo libro. tale nescio quid suspicatur. Non michi videtur frustra lxx. ebdomadarum facta divisio ut primum dicerentur vii. deinde lxii et ultimo adderetur ebdomadas una. Que et ipsa in duas partes secta est. Scriptum est enim. Scies et intelliges. Ab exitu sermonis ut responderet et edificaretur iherusalem usque ad christum ducem ebdomades lxii. et post que narrantur in medio ponit in fine. Et confortabit testamentum pluribus. ebdomada una. hec non frustra et absque inspiratione dei angelum respondisse manifestum est. Que observatio cautam atque sollicitam videtur expetere rationem. ut lector diligenter attendat et causas christi idest uncti in pontificatum.

tui et preces eius et ostende faciem tuam
super sanctuarium tuum quod desertum est
propter temetipsum inclina deus meus
aurem tuam et audi aperi oculos tuos
et vide desolacionem nostram et civitatem
super quam invocatum est nomen tuum
Neque enim in iustificacionibus nostris
prosternimus preces nostras ante faciem
tuam sed in miseracionibus tuis multis
Exaudi domine placare domine attende et fac Ne moreris propter temet
ipsum deus meus quia nomen tuum
invocatum est super civitatem et super
populum tuum Cumque adhuc loquerer et
orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei israel ut prosternerem
preces meas in conspectu dei mei pro monte sancto dei mei adhuc loquente me in
oracione mea ecce vir gabriel quem videram in visione a principio cito volans
tetigit me in tempore sacrificii vespertini et docuit me et locutus est michi. dixitque daniel nunc egressus sum ut docerem

uisionis inquirat. Sin autem necesse est et nos dicere quod sentimus. iuxta aliam expositionem que in priori lectione versatur in eo quod angelus ait ab exitu sermonis ut responderetur et edificetur iherusalem usque ad christum ducem. non alios arbitramur quam principes qui post hanc prophetiam et reversionem de babilone iudaico populo prefuerunt. hoc est archiereos et pontifices. quos christos ab eo quod uncti sint scriptura cognominat. Quorum princeps fuit ihesus filius iosedech sacerdos magnus. Et qui fuerunt usque ad adventum domini salvatoris. hocque significat vaticinium propheticum dicens ab exitu sermonis ut responderetur et edificetur iherusalem usque ad christum ducem ebdomades vii. et ebdomades lxii. idest septies lxii. ebdomades et posteaque faciunt annos quadringentos octoginta tres a primo numerentur. Et ne videamur precise tantum ferre sententiam et non probare quod diximus. numeremus eos qui post ihesum filium iosedech usque ad adventum salvatoris populis prefuerint.

Primum igitur ut ante iam diximus post danielis prophetiam que facta est sub ciro rege postquam de babilone reversus est populus ihesus filius iosedech fuit sacerdos magnus. et zorobabel filius salatiel qui templi fundamenta iecerunt. Impeditoque opere a samaritanis et aliis in circuitu nacionibus septem ebdomadarum anni completi sunt idest xlviiii quibus imperfectum opus templi fuit et quas prophetia a reliquis lx. et duabus ebdomadibus separat. Denique et iudei in evangelio ex hac opinione loquuntur ad dominum. Quadraginta et sex annis edificatum est templum. et tu in tribus diebus excitabis illud. Tot enim sunt anni a primo anno cyri regis qui libertatem dedit volentibus iudeis reverti in patriam usque ad sextum annum darii regis sub quo templi omne opus impletum est. Porro iosephus et alios tres annos addidit in quibus peribolus templi et quedam alia que remanserant perfecta sunt. Qui additi xlvi annis faciunt annos xlviiii. idest vii. annorum ebdomadas. Reliquas autem lx duas ebdomadas ab eiusdem darii septimo anno enumerat. Quo tempore ihesus filius iosedech et zorobabel iam maioris etatis populo preerant. Sub quibus prophetaverunt aggeus et zacharias. Post quos esdras et neemias de babilone venientes muros urbis instruxerunt. tenente pontificatum ioachim filio ihesu cognomento iosedech. Postquam successit in sacerdotium heliasib. ac deinde ioiade et postea

iohannes post quem iudas Cuius etate alexander rex macedonum condidit alexandriam ut iosephus in antiq
tatum libris loquitur venitque therosolimam et in templo victimas immolavit Mortuo autem alexandro
centesima terciadecima olimpiade anno ducentesimo sexto regni persarum qd ceperat primo anno quinqua
gesime quinte olimpiadis quo tempore cyrus rex persarum babilonios caldeosque superavit et post mortem iude
sacerdotis qui sub alexandro templo prefuit. suscepit pontificatum onias Quo tempore seleucus subiugata ba
bilone diadema totius asie capiti suo imposuit anno duodecimo mortis alexandri Jn qd tempus supputantur
omīs anni a cyri imperio. ducenti xlviij Ex qua etate. scriptura machabeorum regnum grecorum enumerat. post
oniam. prefuit iudeis pontifex eleazarus Quo tempore. lxx interpretes scripturas sanctas alexandrie ī grecum

dicuntur vertisse sub
simonem postque alter
onias. cui successit
symon. Quo regen
te populū ihesus fi
lius syrach scripsit li
brum qui grece
appellatur +
a plerisque salomonis
falso dicitur. Cui
successit in pontifica
tum alius onias. quo
tempore anthiocus
iudeos dijs gencium
imolare cogebat. quo
mortuo iudas ma
chabeus purgavit
templum et idolorum
simulacra contrivit
Cui successit frater iona
tan et post eum rexit
populum symon frater
utriusque Jn cuius mor
te centesimus septu
agesimus regni sy
rie impletus ē an
nus. et usque ad hoc
tempus machabeorū
primus liber historiā
continet Cumputan
turque a primo anno reg
ni cyri regis psarū
usque ad finē primi
machabeorū volu
minis. et mortem
symonis pōtificis a
ni quadringēti xcj.
Post quem iohēs te
nuit pontificatum
anis xxviij. Quo
mortuo. aristobolus
uno anno pfuit po
pulo Qui primus
reversus de babilo
ne diadema īsigne
regie ptātis cum ho
nore pontificatus

rem te et intelligeres Ab exordio precum
tuarum egressus est sermo Ego autem
veni ut indicarem tibi quia vir desideri
orum es Tu autem animadverte sermo
nem et intellige visionem Septuaginta
ebdomades abbreviate sunt sup populū
tuum et sup urbem sanctam tuam. Ut
consumetur prevaricacio et finem acci
piat peccatum et deleatur iniquitas. et
adducatur iusticia sempiterna. et imple
atur visio et prophecia et ungatur sāc
tus sanctorum Scito ergo et animad
uerte ab exitu sermonis ut iterū edifice
tur iherusalem. usque ad xpm ducem eb
domades septem et ebdomades sexaginta
due erunt. et rursum edificabit platea
et muri in angustia temporum Et post
ebdomades duas occidetur xpistus et nō
erit eius populus qui eum negaturus
est Et civitatem et sanctuarium dissi
pabit populus cum duce venturo. et fi
nis eius vastitas et post finem belli sta
tuta desolacio Confirmabit autem pac

assumpsit. huius
successor fuit alexā
der. rex pariter et pō
tifex. qui rexit popu
lum annis +
hactenus a primo an
no cyri regis et cap
tivorū reditu qui in
iudeam venire volue
runt supputantur
anni ccc. lxxxiij quos
septem et sexaginta
due ebdomades idest
lxviiij simul efficiunt
et hoc omni tpe pontifi
ces rexerunt pplm iu
deorum quos ego nūc
arbitror vocari chri
stos duces Mortuo autem
novissimo eorum alex
andro huc atque illuc
in varias partes absque
ullo duce gens iu
deorum seditionibus
vellebatur in tantū
ut alexandria que et
salma vocabatur eius
dem alexandri uxor
obtineret imperiū.
et pontificatū quidē
hircano filio suo re
servaret. aristobolo
autem alteri filio
regnum traderet Que
obtinuit annis decē
Pugnātibus autem
contra sē intestina
sedicione germanis
et gentē iudeorum
ī diversa studia tra
hentibus supvenit
gneius pompeius dux
romani exercitus.
Captaque iherosolima
vinisque addita tem
pli ingressus est que
vocantur sancta sanctorum

Vinctumque aristobolum romā misit servāns triumpho suo. et pontificatum hircano frī suo tradidit Tunc primū
gens iudeorum. romanis facta est tributaria Post quē herodes filius antipatri interfecto hircano regnū iude
orum senatus consilio accepit. et primus alienigena iudeis pfuit Pontificatum quoque nequaquā iuxta le
gem moysi mortuis parentibus tradebat liberis. sed alienis et nec ipis multo tempore ob graciam et preciū diui
ne legis iussa contempnēs. ponit et aliā idem eusebius explanacionē Quam si voluerimus ī latinū sermo
nem vertere extendemus libri magnitudinē. hec ergo interpretacionis eius sūma est. A sexto anno darij qui post cy
rum et cambisen filium eius regnavit in persis quando templi opa cōsummata sunt usque ad herodem et cesare au
gustum numerat ebdomades vij. et lx duas que faciunt ānos ccc lxxxiij. quando xps hoc est hircanus novissimus pō
tifex de gente machabeorum ab herode iugulatus est et cessavit iuxta legem pontificatus dei successio. civitatem
quoque et ipm sanctuarium subversum sub duce romano romanus vastavit exercitus sive ipe herodes qui per ambia
cionem indebitam in iudeos arripuit imperium Quod que infert Confirmavit autem pactū multis ebdoma
da una et in dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificiū sic interpretatur qd herode regnante apud iu
deam. et augusto apud romanos. xps natus sit qui tribus annis et sex mensibus iuxta euangelistā iohān

euangelium predicauit et confirmauit verbum dei cultus multis haut dubium quin apostolis et credentibus quando post passionem domini in dimidia rursum ebdomada defecit hostia et sacrificium. Quidquid enim postea in templo factum est non fuit sacrificium dei sed cultus dyaboli cunctis in commune clamantibus sanguis eius super nos et super filios nostros et non habemus regem nisi cesarem. Quem locum in cronica eiusdem eusebii quam ante annos plurimos in latinam linguam vertimus diligens lector plenius edissertum poterit inuenire. Ex autem a perfectione templi usque ad decimum augusti imperatoris annum quando interfecto hircano herodes iudeam obtinuit vii. et lxii ebdomades idest ccc lxxx tres supputantur anni sic possumus approbare. Sexagesime sexte olimpiadis anno primo hoc est darii sexto completa est templi edificatio. et centesime octogesime sexte olimpiadis anno tercio idest augusti decimo herodes in iudeos suscepit imperium. Qui faciunt annos ccc lxxxiii per singulas olimpiadas quadriennio supputato dicit idem eusebius et aliam opinionem quam ex parte non reprobat. quod plerique unam ebdomadam annorum in lxx annos tendunt per singulos ebdomadis annos decennio supputato et volunt a passione xpi usque ad neronis imperium annos esse xxxv. quando contra iudeos romana primum commota sunt. et hanc esse dimidiam ebdomadam annorum lxx. Postea vero a vespasiano et tyto et deinceps quando ierosolima templumque subuersum est. usque ad traianum alios xxxv annos xxxv. et hanc esse ebdomadam de angelus loquitur danieli. Confirmabit autem multis pactum ebdomada una. In totum enim orbem per apostolos euangelium predicatum est qui usque ad illud tempus perseuerauerunt tradentibus ecclesiasticis historiis iohannem euangelistam usque ad tempora vixisse traiani. Sed nescio quo superiores ebdomadas vii. et lxii duas per septenos annos et hanc unam per denos idest lxx annis possumus accipere

ber eusebius hyppolitus autem de isdem ebdomadibus ita opinatus est. Septem ebdomadas ante reditum populi supputat. et lx duas postremum usque ad natiuitatem xpi. Quorum tempora omnino non congruunt. Siquidem regni persarum ducenti xxx. supputantur anni et macedonum ccc. et post illos usque natiuitatem saluatoris anni xxx hoc est ab inicio cyri regis persarum usque ad aduentum saluatoris anni quingenti lx. Nouissimam quoque ebdomadam ponit in consummatione mundi. Quam diuidit in helie tempora et antixpi ut tribus et semis annis ultime ebdomadis dei noticia confirmetur de qua dictum est. confirmabit pactum multis ebdomada una et tribus aliis sub antixpo deficiet hostia et sacrificium. Adueniente autem xpo et iniquum spiritu oris sui interficiente usque ad consummationem et finem perseueret desolacio. Appollinaris laodicenus omnium preteritorum temporum se liberans questionem nota extendit in futurum et periculose de incertis profert sententiam que si forte hii qui post nos victuri sunt statuto tempore completa non viderint aliam solucionem querere compellantur et magistrum erroris arguere. Dicit ergo ut verbum ex verbo interpretetur ne calumpniam videar facere non dicenti. in quadringentis nonaginta annis peccata et omnia que ex peccatis oriuntur vicia comprimenda postque ventura sint bona ad reconsiliandum deum mundo in aduentu xpi filii eius. Ab exitu enim verbi quando xpus generatus est de maria virgine usque ad quadragesi

tum multis
ebdomada u
na et in di
midio ebdo
madis defici
et hostia et
sacrificium
et in templo
abhomina
cio desolacio
nis et usque
ad consum
macionem
et finem per
seuerabit deso
lacio

mum nonum annum idest fine vii. ebdomadarum israelis expectatam penam. Postea vero ab octavo claudii cesaris anno contra iudeos romana arma correpta sunt. Tricesimo enim incarnacionis euangelium luce anno etatis sue in carne cepit dominus euangelium predicare et iuxta iohannem euangelistam per tria pascha duos postea impleuit annos et exinde vi. tiberii supputantur et iiii. gaii cesaris cognomento caligula et viii claudii idest simul anni xlviii. que faciunt ebdomadas annorum vii. Cum autem quadringenti xxxiiii. anni post hec fuerint euoluti. idest lxii. ebdomades tunc ab helia qui venturus est iuxta sermonem domini saluatoris ut restituat cor patrum ad filios in ultima ebdomade edificandam iherusalem et templum per annos tres et semis venturumque antixpum et iuxta apostolum sessurum in templo dei et interficiendum sponsum domini saluatoris. postquam contra sanctos dimicauerit atque fieri ita ut media ebdomada confirmet testamentum dei cum sanctis et secunda sui media cessacione victimarum et prima et sub antixpo qui ponet abhominacionem desolacionis idest ydolum et statuam propter dei in templo. et erit extrema vastitas et condempnacio populi iudeorum qui scripta veritate xpi receperunt antixpi mendacium. Asserit autem idem appollinaris hanc esse tempus superioris coniecturam quam affirmauit scriptor temporis cuius supra expositionem posui ultimam ebdomadam in fine mundi esse testetur. Nec posse fieri ut iuxta prophetam dividantur etates sed omnia sibi iuxta danielem esse tempora copulanda. Clemens vir

eruditissimus presbyter alexandrine ecclesie perpendens annorum numerum a cyro persarum rege usque vespasianum et tytum imperatores romanos lxx annorum ebdomadas dicit esse completas idest annos ccc lxxx additis in ipso numero duobus milibus trecentis diebus de quibus supradiximus persarumque et macedonum atque cesarum tempora in hiis ebdomadibus enumerare conatur. Cum iuxta diligentissima supputacione a primo anno cyri regis persarum atque medorum in quo imperauit et darius usque ad vespasianum et euersionem templi supputentur anni sexcenti xxx. Origenes cum proposuisset hoc idem capitulum hortatus est ut quantum possumus intelligimus et quia locum non habebat allegoria in qua libera est disputacio historie veritate conclusus hec in decimo stromatum volumine breuiter annotauit. Studiosius requirenda sunt tempora a primo anno darii filii assueri usque ad aduentum xpi qui anni sint et que in illis gesta dicantur et videndum an ea possumus aduentui xpi coaptare. Tertullianus quod dicit venturum ex libro eius quem contra iudeos scripsit nosse poterimus. Cuius breuiter verba exponenda sunt. Unde ergo ostendimus quia xpus venturus est communi lxx duas ebdomadas. Numeremus a primo anno darii quando ipso tempore ostenditur danieli visio. Dicit enim ei intellige et complete a promissione sermonis uidere tibi hec. Unde a primo anno darii debemus computare quando hanc vidit visionem daniel. Videamus anni quomodo impleantur usque ad aduentum xpi. Darius regnauit annis decem et nouem. Artharxerxes xl. hinc usque et cyrus annis xxiiii. Argus uno anno. Alius darius qui et melas cognominatus est. annis xx uno. Alexander macedo. annis decem et adeo post alexandrum qui et medis et persis regnauerat quos deuicerat et in alexandria regnum suum firmauerat. quando et nomine suo eam appellauit. post eum regnauit illic in alexandria sother annos xxxv. Cui successit philadelphus regnans annis xxxviii. Post hunc euergentes et regnauit annis xxv. Deinde philopator. annis x. et vii. post hunc alius euergentes annis xxvii. Sother annis xxxviii. Ptolomeus. annis xxxvii. Cleopatra annis xx. mensibus quinque. Item cleopatra conregnauit augusto annis xiii. Post cleopatram. augustus aliis annis xliii. imperauit. Nam omnes anni

imperii augusti fuerunt numero lvi. videmus autem quod in xli et primo anno ipsius augusti quo post mortem cleopatre imperavit nascitur christus. Et supervixit idem augustus ex quo natus est christus annos numero xv. et erunt reliqua tempora annorum in die nativitatis christi in annum quadragesimum primum post mortem cleopatre anni ccc xxxvii menses v. Unde adimplentur xlix ebdomades et dimidia que efficiunt annos ccc xxxviii menses vi. in die nativitatis christi et manifesta est iustitia eterna et unctus est sanctus sanctorum id est christus et signata est visio et prophetia et dimissa sunt peccata que per fidem nominis christi omnibus in eum credentibus tribuuntur. Quid est autem quod dicit signare visum et prophetiam. quia omnes prophete nuntiabant de ipso quod esset venturus et pati haberet. Igitur quia adimpleta est prophetia per adventum eius propterea signari visionem et prophetiam dicebat et quia ipse est signaculum omnium prophetarum adimplens omnia que retro de eo prophete nuntiabant post adventum enim et passionem eius iam non visio neque propheta qui christum nuntiet esse venturum. et post paululum Videamus inquit quid alie vii et dimidia ebdomades que sunt subdivise in abscisione priorum ebdomadarum in quo actu sint adimplete. Post augustum enim qui supervixit post nativitatem christi annis xv efficiuntur. Cui successit tyberius cesar et imperium habuit annis xxii mensibus vii diebus xxviii. Hic xviii anno imperii patitur christus annos habens quasi xxxiii cum pateretur. Item gaius cesar qui et caligula annis tribus et mensibus viii diebus xii. Nero annis viii. mensibus novem diebus xii. Galba mensibus vii diebus xxviii. Otho mensibus tribus diebus v. Vitellius mensibus viii. diebus xxviii. Vespasianus anno primo imperii sui debellavit iudeos et fiunt anni numero lii. menses vi. Nam imperavit annis xi. Atque ita in diem sue expugnationis iudei impleverunt ebdomadas lxx. predictas a daniele. hebrei quid de hoc loco sentiant brevi sermone perstringam fidem dictorum hiis a quibus dicta sunt derelinquens dicamus ergo periphrastichos ut sensus manifestior fiat. O daniel scito quod a die hac quam nunc loquor erat in annis primis darii qui occidit balthasar et regnum caldeorum in persas medosque transtulit usque ad septuagesimam annorum ebdomadam hoc est annos ccc lxxx hec populo tuo per partes accident. Primum propitiabitur tibi deus quod nunc magno opere deprecaris et delebitur peccatum et finem accipiet prevaricatio. Nunc enim urbe deserta et templo usque ad fundamenta destructo in luctu est populus constitutus. Sed non post grande tempus instaurabitur et non solum hoc fiet in hiis lxx ebdomadibus ut edificetur civitas et templum instauretur sed nascetur id est iustitia sempiterna et signabitur visio ac propheta ut nequaquam propheta inveniatur in israel et ungetur sanctus sanctorum de quo in psalmo legimus. Propterea te deus unxit oleo exultationis pre consortibus tuis. Qui et in alio loco dicit de se. Sancti estote quia ego sanctus sum. Scito ergo quia a die hac qua nunc loquor tibi et dei sermone promitto quod revertatur populus et ierusalem instauretur usque ad christum ducem et perpetuam desolationem templi ebdomades numerentur lxix. Nec non et alie vii ebdomades in quibus iuxta ordinem suum duces fient. De quibus et iam dixi quod revertatur populus et edificetur platea a neemia et esdra. In fine ergo ebdomadarum complebitur dei sententia in angustia temporum quando rursum destruetur templum et capietur civitas. Nam post lxii duas ebdomadas occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est. sive ut illi dicunt non erit illius imperium quod putabat se retenturum et quid dico de christo occidendo et populo periturus deserendo auxilio dei cum et civitatem et sanctuarium dissipaturus sit populus romanus cum duce venturo vespasiano. Quo mortuo transactis vii. ebdomadibus id est annis xlix. novem helius adrianus a quo postea de ruinis ierusalem urbs elia condita est rebellantes iudeos tinio ruffo magistro exercitus pugnante superavit et tunc defecit hostia et sacrificium. et usque ad consummationem mundi et finem perseverabit desolatio. Nec nos inquiunt moneat quod primum numerentur vii. ebdomades et postea lxii et rursum una que in duas partes dividitur. Est enim hoc sermonis hebraici et auctorum antiquorum sermonis latini ut ante minorem numerum supputent et postea maiorem. verbi gratia. Nos iuxta proprietatem lingue nostre nunc dicimus abraham vixit annis centum lxxv. illi econtrario loquuntur. vixit abraam annis v. et lxx et centum. Non igitur ut legitur ita impletur sed ut totum pariter supputatur ita finem accipit. Nec ignoramus quosdam illorum dicere quod una ebdomada de qua scriptum est. confirmabit pactum multis ebdomada una. dividatur in vespasiano et adriano. quod iuxta historiam iosephi vespasianus et titus tribus annis et sex mensibus pacem cum iudeis fecerunt. tres autem anni et sex menses sub adriano reputentur quando ierusalem omnino subversa est et iudeorum gens catervatim cesa ita ut iudee quoque finibus pellerentur. Hec loquuntur hebrei non magno opere curantes a primo anno darii regis persarum usque ad extremam eversionem ierusalem que sub adriano eis accidit supputari olimpiadis centum lxxiiii id est annos sexcentos nonaginta sex qui faciunt ebdomades hebraicas lxxxxviii et annos tres quando cochebas dux iudeorum oppressus et ierosolima usque ad solum diruta est.

> Anno tercio regni *Capitulum decimum*
> Cyri regis persarum verbum
> revelatum est danieli cognomento
> balthasar et verbum verum et fortitudo
> magna intellexitque sermonem.
> Intelligencia enim est opus in visione.
> In diebus illis ego daniel lugebam trium

Anno tercio Cyri regis persarum verbum revelatum est danieli cognomento balthasar et quomodo in fine prime lectionis vision[em?] fuit autem daniel usque ad annum primum Cyri regis fuisse ergo eum apud caldeos in pristina dignitate permansisse ... bissosque [?] vestitum usque ad primum annum Cyri regis intelligimus qui subvertit caldeos et postea cepit esse cum dario filio assueri de semine medorum qui imperavit super regnum caldeorum. Aut certe iam dario mortuo cuius anno primo lxx ebdomadarum sacramenta cognoverat. nunc tercio anno regis Cyri hec vidisse narratur. et verum verbum et fortitudo magna. Sive dicit qui ista facturus est sive prophete qui in hoc intellectus est. In diebus illis ego daniel lugebam trium ebdomadarum tribus diebus. Panem desiderabilem non comedi et caro et vinum non introierunt in os meum sed neque unguento unctus sum donec complerentur trium ebdomadarum dies. hoc docemur exemplo tempore ieiunii cibis delicatioribus abstinere. Et ergo puto nunc dici panem desiderabilem nec carnes comedere nec vinum bibere insuper et unguenta non querere quia mos apud persas et indos hodieque servatur uti pro balnei utantur unguentis. Tres autem iungit ebdomadas affligens animam suam ne transitoria et fortuita videatur deprecatio. Secundum vero anagogen hoc dicendum. quod qui in luctu est et sponsi lugent absenciam non comedit panem desiderabilem qui de celo descendit neque solidum capit cibum qui intelligitur in carne nec vinum bibit quod letificat cor hominis nec exhilarat faciem in oleo. iuxta illud quod in psalmis legimus ut exhilaret faciem in oleo. Hoc autem ieiunium impetrabiles facit lacrimas quando sponsus fuerit ablatus ab eo. Recte quoque da

niel audet dnm deprecari quiiam ex parte pmo anno regis cyri iudeorum fuerat laxata captiuitas et ezra
iuxta flumen magnum qd est tygris et ezechiel iuxta fluuium chobar vidit visionem magna et dno saluato
ri ac baptiste iohanni sup fluenta iordanis aperiunt celi Et eleuaui oculos meos et vidi Eleuacione opus e
oculorum vt visionem misticam cernere valeamus Et ecce vir vnus vestitus lineis pro lineis qd interptatus e
aquila. theodocion bathim posuit hoc bissina. aquila idest precipua pro eo autem q nos iuxta hebrai
cum vertimus ecce vir simmacus posuit quasi vir Non enim vir erat. s viri habebat similitudine et renes
eius accincti auro obrizo pro quo in hebreo legimus ophar et aquila ita interpretatus est. et lumbi eius accincti

erant colore ophar et
corpus eius quasi cri
solitus Pro crisolito
qui vnus est de xii la
pidibus qui ponunt
in logio pontificis in
hebreo habet tharsis
q theodocio et simma
cus eodem verbo int
pretati st. hoc verom
re appellauerunt iuxta
illud qd in psalmis
legimus in spu vio
lento confringes na
ues tharsis idest ma
ris et ionas fugere
cupiebat non in thar
sum vrbem cilicie vt
plerique estimant litte
ram ponentes pro lit
tera vel in die regio
nem ut putat iose
phus. s absolute in
pelagus Vidi autem
ego daniel solus vi
sionem Viri autem
qui erant mecum no
viderunt s terror ni
mius irruit sup eos
et fugerunt in abscon
ditum et apls paulus
simile quid in actibus
aplorum passus est
vt ceteris non cerne
tibus visionem solus
aspiceret. et ecce ma
nus tetigit me In ho
minis figura videt
angelus et humana
ad prophetam iacen
tem mittit manum
vt sui generis corpus
aspiciens nequaquam
paueat et dixit ad
me Daniel vir deside
riorum Congruenter
vir desideriorum vo
catur qui instancia
precum et afflictione

ebdomadarum diebus panem desiderabilem
non comedi et caro et vinum non intro
ierunt in os meum Sed neque vnguen
to vnctus sum donec complerentur trium
ebdomadarum dierum Die autem vicesima
et quarta mensis primi eram iuxta flu
uium magnum qui est tigris et leuaui
oculos meos et vidi Et ecce vir vnus
vestitus lineis et renes eius accincti au
ro obrizo et corpus eius quasi crisolitus
et facies eius velut species fulguris et
oculi eius vt lampas ardens et brachi
a eius que deorsum vsque ad pedes qua
si species eris candentis et vox sermonum
eius vt vox multitudinis Vidi autem ego
daniel solus visionem Porro viri qui erant
mecum non viderunt sed terror nimius ir
ruit sup eos et fugerunt in absconditum
Ego autem relictus solus vidi visio
nem grandem hanc et non remansit in
me fortitudo sed et species mea immuta
ta est in me et emarcui nec habui quicquam
virium Et audiui vocem sermonum
eius et audiens iacebam consternatus

corporis ieiuniorumque
duricia cupit scire ve
tura et dei secreta cog
noscere Pro viro desi
deriorum simmacus
interpretatus e virum
desiderabilem Omnis
enim sanctus hms i se
cundum anime pulcritudine
amator a dno et dixit
ad me Noli metuere
daniel quia ex die p
mo quo posuisti cor tu
um ad intelligendum
vt te affligeris in con
spectu dei tui exaudi
ta sunt verba tua et
ingressus sum ad ver
ba tua Vicesima quar
ta die mensis primi
idest expletis tri
bus ebdomadibus ho
est xx diebus et vno
cernit hanc visione
et audit ab angelo q
ex die primo quo ora
re ceperit et affligere
se in conspectu domi
ni exaudita sunt ver
ba eius Queritur si
statim exauditus est
cur non statim ad eu
missus sit angelus.
Data est ei per mora
occasio amplius dnm
deprecandi vt ex coge
plus desiderat per la
borem plus audire
mereatur Et autem
et ego ingressus sum
ad verba tua Hunc
autem sensum Quam
incepisti bonis opibus
et lacrimis atque ieiu
nio dei miam inuoca
re. ego accepi miam
vt ingrederer in co
spectu dei vt orarem
pro te Princeps autem

regni persarum restitit michi viginti et vno diebus videtur michi hic esse angelus cui psis credita est iuxta
illud qd in deuteronomio legimus Quando diuidebat altissimus gentes et disseminabat filios adam statuit ter
minos gencium iuxta numerum angelorum dei Isti sunt principes de quibus et paulus apls loquitur Sapientiam
loquimur inter perfectos quam nullus principum huius seculi cognouit Si enim cognouissent nunquam dnm glorie
crucifixissent Restitit autem princeps idest angelus persarum faciens pro credita sibi prouincia. ne captiuorum
omnis populus dimitteretur et forsitan cum prima die ex quo posuit cor suum ppha ad intelligendum exau
ditus sit a dno ideirco non statim missus est angelus qui ei dei indulgenciam nunciaret quia xx et vno die
bus restitit ei princeps persarum enumerans peccata populi iudeorum q iuste tenerentur captiui et dimitti
non deberent. et ecce michael vnus de principibus primis venit in adiutorium michi Resistente autem psarum
angelo precibus tuis et mee legacioni qui oraciones tuas offerebam deo venit in adiutorium michi ange
lus michael qui preest populo israel Principes autem primos archangelos intelligimus. et ego remansi ibi
iuxta regem persarum. Regem persarum angelum idest principem vocat et ostendit q iuxta michael

clem paululum sit demoratus qui contra persarum principem loquebatur. Veni autem ut docerem te que ventura sunt populo tuo in novissimis diebus. Et daniel deprecatus est hoc a deo meretur audire quid futurum sit populo israel non in vicino tempore sed in novissimis diebus idest in consummatione seculi. Domine in visione tua conversa sunt interiora mea in me. Sic theodotion interpretatus est. Juxta illud quod in centesimo secundo psalmo legimus

Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Prius enim quam di visionem videre meream interiora nostra foras aspiciunt. Cum autem viderimus visionem dei convertuntur interiora nostra et toti in illis sumus. De quibus et in alio loco scribitur. Omnis gloria filie regis intrinsecus. Cum que loqueretur mecum conatus sum et dixi loquere domine quia confortasti me. Nisi enim confortasset tactus quasi filii hominis et pavor recessisset e corde sacramenta dicentis audire non poterat et idcirco nunciavit et confortasti me domine: loquere. Tu enim fecisti ut possim audire et sentire que loqueris. Et ait. Numquid scis quare venerim ad te et nunc revertar ut preliet adversus principem persarum. Et ut hoc est veni quidem ut docerem te exauditas preces tuas sed reversurus

super faciem meam et vultus meus herebat terre. Et ecce manus tetigit me et erexit me super genua mea et super articulos manuum mearum. Et dixit ad me Daniel vir desideriorum intellige verba que ego loquor ad te et sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset michi sermonem istum steti tremens et ait ad me. Noli metuere daniel quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui exaudita sunt verba tua et ego veni propter sermones tuos princeps autem regni persarum restitit michi viginti et uno diebus et ecce michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum et ego remansi ibi iuxta regem persarum. Veni autem ut docerem te que ventura sunt populo tuo in novissimis diebus quoniam adhuc visio in dies protelatur. Cumque loqueretur michi huiuscemodi verbis deieci vultum meum ad terram et tacui. Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea et aperiens os meum locutus sum et dixi ad eum qui stabat contra me. Domine mi in visione tua dissolute sunt compages mee et nichil in me remansit virium. Et quomodo poterit servus domini mei loqui cum domino meo michi. Nichil enim in me remansit virium sed et halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis et confortavit me et dixit. Noli timere vir desideriorum pax tibi confortare et esto robustus. Cumque loqueretur mecum convalui et dixi. Loquere domine mi quia confortasti

sunt ut pugnem contra principem persarum in aspectu domini qui non vult populum tuum de captivitate laxari. Cum enim egrederer apparuit princeps grecorum egrediens. Ergo inquit egrediebar de conspectu dei ut tibi nunciarem que ventura sunt populo tuo in diebus novissimis licet adhuc non sim scituri stante persarum principe et contradicente tuis precibus ac legacioni mee. Et ecce princeps grecorum idest macedonum veniebat et ingressus est in conspectu dei. ut accusaret persarum principem atque medorum ut in locum eorum succederet. Et revera iuxta sacramenta dei laxato enim de captivitate populo iudeorum. persarum regnum atque medorum. interfecto dario subvertit alexander rex macedonum et princeps grecorum vincit principem persarum. Verumptamen

annunciabo tibi quod expressum est in scripturis sanctis. Hic ordo lectionis. Adhuc res in dubio est. Te enim deprecante dominum et me offerente orationes tuas. stat e regione princeps persarum et non vult populum de captivitate laxari. Ego autem quia venit princeps grecorum et interim pugnat contra principem persarum habens illic michaelem in adiutorium donec illi inter se dimicant. referam tibi que deus michi futura predixerit. et tibi narranda precepit. Nullique oriatur scrupulus quare pro principe macedonum principem grecorum dixerit hoc est ellinon. Alexander enim rex macedonum primum subversa grecia et subiecta potestati sue in persas arma corripuit et nemo est adiutor meus in omnibus hiis nisi michael princeps vester. Ego inquit sum angelus ille. qui

offero deo oraciones tuas et nullus est alius adiutor meus sit rogando pro vobis deum nisi michael archangelus
cui creditus est populus iudeorum Et interim hoc tempore ego et princeps grecorum communi labore adversum
principem persarum dimicamus Revolvende sunt veteres historie et considerandum ne forte illud tempus
significet quando perse a grecis superati sunt et iuxta edicionem vulgatam usque ad finem libri una putatur
visio que anno tercio cyri regis persarum apparuit danieli Porro iuxta hebraicam veritatem separata sunt
que sequuntur et scripta ordine preposterio de cuius causis supradiximus Non enim sub cyro anno tercio sed
sub dario primo qui subvertit balthasar narrantur ista que scripta sunt

Et ego ab an
no primo da
rii medi stabam ut
confortaretur et robo
raretur Ego inquit
daniel ab anno primo
regis darij qui sub
vertit caldeos et de
manu inimicorum
quantum in se fuit
liberavit. ob custo
diam meam etiam
lacum leonum suo sig
nans anulo ne me
adversarij interfi
cerent stabam in con
spectu dei et rogabam
eius clemenciam
pro eo qui me dili
gebat ut conforta
retur vel ipse vel reg
num eius et robora
retur Cumque in ora
cionem persisterem
et domino respon
dente cognovi Con
suetudinis autem
est prophetarum re
pente personas intro
ducere sine ulla pre
facione verborum
ut est illud in psal
mo xxx° primo Cum
enim rogasset deum
propheta et dixisset
tu es refugium me
um a tribulacione
que circumdedit me
exultacio mea erue
me a circumdantibus
me. repente persona
dei introducitur res
pondentis Intellectum
tibi dabo et instruam
te in via hac qua
gradieris. Firmabo
super te oculos meos
Ergo et nunc nar
rante propheta ab an
no primo darij medi
stabam et deprecabar
ut confortaretur et ro
boretur eius imperi
um. deus repente
respondit Et nunc
veritatem annuncia
bo tibi Ethicus sensus
Quia vis nosse de
persarum regibus
quid futurum sit.
audi ordinem rerum
et ausculta quod g
ris. et ecce adhuc re
ges stabant in perside
et quartus ditabitur
opibus nimijs super
omnes et cum inva
luerit divicijs suis
concitabit omnes adversum
suum regnum grecie
Quatuor reges post
cyrum dicit in persi
de surrecturos. cambi
sen filium cyri et si
nerdem magum
qui pantapten filiam
cambisis duxit uxorem Qui cum a
septem magis fuisset
occisus et in loco eius
darius suscepisset
imperium eadem
pantaptes nupsit
dario et ex eo xerxe
filium genuit Qui
potentissimus rex et
ditissimus adversum
greciam innumera
bilem duxit exerci
tum. et ea gessit
que grecorum nar
rant historie Suc

tasti me Et ait Numquid scis quare veni
am ad te Et nunc revertar ut prelier ad
versum principem persarum Cum enim egre
derer. apparuit princeps grecorum veniens
Verumptamen annunciabo tibi quod expres
sum est in scriptura veritatis et nemo est
adiutor meus in omnibus hijs nisi mi
chael princeps vester

Ego autem a primo Capitulum xi.
anno darij medi stabam ut con
fortaretur et roboraretur. Et
nunc veritatem annunciabo tibi Ecce
adhuc tres reges stabunt in perside et quartus
ditabitur opibus nimijs super omnes et cum
invaluerit divicijs suis concitabit omnes
adversum regnum grecie Surget vero rex
fortis et dominabitur potestate multa et faciet
quod placuerit ei Et cum steterit conteretur
regnum eius. et dividetur in quatuor
ventos celi sed non in posteros eius neque
secundum potenciam illius qua dominatus est
Lacerabitur enim regnum eius etiam in ex

cendit autem athenas sub principe callia bellum eo tempore gestum est in termopolis et apud salaminam nava
le certamine. quando sophocles et euripides clari habebantur et themistocles in persas fugiens hausto tau
ri sanguine perijt Frustra igitur quidam darium quartum regem qui ab alexandro superatus est scripsit. qui
non quartus sed quartus et decimus post cyrum persarum rex fuit quem septimo imperij sui anno et superavit
et vicit alexander Et notandum quod quatuor post cyrum regibus persarum enumeratis novem preteriens
et transierit alexandrum Non enim cure fuit spiritui prophetali hystorie ordinem sequi sed preclara queque perstringere
Surget vero rex fortis et dominabitur potestate multa et faciet quod placuerit ei et cum steterit conteretur
regnum eius Perspicue de magno alexandro rege macedonum loquitur qui philippi filius fuit Hic enim
illirijs tracibus que superatis. victa grecia thebis que subversis transiit in asiam et fugatis darij ducibus ur
bem sardis cepit postea que capta iudea et urbe alexandrina condita cum xxx et duos haberet annos et duo
decimum annum imperij in babilone veneno perijt. et dividetur in quatuor ventos celi Sed et non in poste
ros eius neque secundum potenciam illius qua dominatus est Post alexandrum in quatuor ventos celi orientem
videlicet et occidentem meridiem et septentrionem regnum illius divisum est In egipto enim primus reg
navit ptolomeus lagi filius idest ad meridiem In macedonia philippus qui et arideus frater alexandri

idest ad occidentem Syrie et babilonis et superiorum locorū seleucus qui ⁊ nicanor idest ad orientem Asye ⁊ ponti ceterarumqꝫ in ipā plaga prouinciarum antigonus idest ad septentrionem hoc sc̄dm̄ totius orbis plagas diximus Ceterum qui in iudea est ad aquilonem syriam et ad meridiem egyptum habet Et autem aut ß non in posteros eius hoc significat quia liberos non habuerit ß regnum ipius in alienos laceratum sit excepto fratre philippo qui macedoniam tenuit Reqꝫ sc̄dm̄ potenciam illius qua dn̄atus est Diuisum enim ī quatuor partes regnum imbecillius fuit. dum aduersum se dimicantes intestino furore bacchantur Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos exceptis hys Preter regna quatuor macedonie asye syrie et egipti etiam in a.os obscuriores et minores reges macedonum regnum dilaceratum est Significat enim pduicam et tatheron ⁊ li simacum Nam capadocia et armenia et bithinia et eraclia bosophorumqꝫ et alie prouincie de ptāte macedonum recedentes diuersos sibi reges constituerunt. et confortabitur rex austri. Ptolomeum indicat lagi filium q̄ p̄mus regnauit in egipto et vir prudentissimus fortissimusqꝫ ac ditissimus fuit ⁊ tante potencie vt pirrū regem epirotarum expulsum restitueret in regnum cyprū qꝫ obtineret ac phenicem et victo demetrio filio antigoni seleuco regni sui partem que ab antigono fuerat ablata restitueret cariam quoqꝫ obtineret et multas insulas vrbesqꝫ ac regiones de quibꝫ non est huius temporis scribere Dicto autem cetera regna dimittens macedonie videlicet et asye tantum de egipti ⁊ syrie narrat regibus quia in medio iudea posita nunc ab istis nunc ab illis regibꝫ tenebatur et scripture sancte propositū est non externam absqꝫ iudeis hystoriā texere ß eam que israeli populo copulata est et de p̄ncipibꝫ eius preualebit super eum. et dominabitur dicione Multa enī dominacio eius Ipse partem habet quinquies et decies centena milia

ternos. exceptis hys Et confortabitur rex austri. et de p̄ncipibus eius p̄ualebit sup eū Et dn̄abitur dicione. multa enim dominacio eius Et post fine annorꝫ federabunt Filiaqꝫ regis austri veniet ad regē aquilonis facere amiciciam et non obtinebit fortitudinē brachy nec stabit semen eius Et tradetur ipā et qui adduxerūt eā adolescentes eius. et qui confortabant eam in temporib⁹ Et stabit de germine radicū eius plantacio Et veniet cum exercitu et ingredietur p̄uinciam regis aquilonis. et abutetur eis et obtinebit insup et deos eorum et sculptilia Vasa quoqꝫ preciosa auri et argenti captiua ducet in egiptum. Ipse preualebit aduersus regem aquilonis Et intrabit in regnū rex austri et reuertetur ad terrā suam Fily autē eius ꝓuocabūnt et congregabunt multitudinem exercitū plurimorꝫ Et veniet properans et inundans et reuertetur et concitabitur. et congredietur cum robore eius.

c ptolomeus philadelphus secundus rex egipti filius ptolomei superioris sub quo lxx interpretes alexandrie scripturam sanctam in grecum dicuntur vertisse simonem Cui et eleazoro pontifici multa ierosolima et in templi donaria vasa transmisit Cuius bibliotece p̄fuit demetrius phalareus Idem apud grecos orator et philosophus tantequꝫ sciencie fuisse narratur vt ptolomeū patrem vinceret. Narrant enim hystorie habuisse eū peditum ducenta milia equitum viginti milia curruū duo milia elephantes quos primus adduxit ex ethiopia. quadringentos naues longitas quas nunc liburnas vocant misit quadringentas alias ad cibaria militum deportanda mille auri q°qꝫ et argenti grande pondus ita vt de egypto per singulos annos xiiij. milia lxxx. talenti argenti acciperet et frumenti arthabas que mensura tres modios et terciam modij

Et post finem annorum federabuntur. Siue vt theodocio interpretatus est et post annos illius cōmiscentur. filiaqꝫ austri regis veniet ad regem aquilonis. facere amiciciā et non obtinebit fortitudinem brachij nec stabit semen eius et tradetur ipā et qui adduxerunt eam iuuenes eius et qui confortabant eam in temporibus Primum syrie regnauit vt diximus seleucus cognomento nichanor Secundus anthiocus qui appellatus est sother Tercius et ipē anthiocus qui vocabatur otheos idest deus Iste aduersum ptolomeum philadelphum qui secundus impabat egiptiys gessit bella quam plurima et totis babilonis atqꝫ orientis viribus dimicauit volens itaqꝫ ptolomeus philadelphus post multos annos molestum finire certamē filiam suam nomine beronicem anthioco vxore dedit. qui de priori vxore nomine laodice habebat duos filios seleucum qui cognominatꝰ est callinicꝰ et alterum anthiocum Deduxitqꝫ eam vsqꝫ ad pelusium et infinita auri et argenti milia dotis nomine dedit vnde fernaphoros idest dotalis ē appellatus Anthiocus autem beronicen consortem regni habere se dicens et laodicen in concubine locum. post multum temporis amore superatus laodicen cum liberis suis reducit in regiam Que metuens ambiguum viri animum ne beronicen reduceret. virum per ministros veneno interfecit. Beronicen autem cū filio qui ex anthioco natus erat icadioni et gennico anthiocie p̄ncipibus occidendā tradidit. filiumqꝫ suum ma

Et prouocatus rex austri egredietur et pug
nabit aduersus regem aquilonis et prepa
rabit multitudinem nimiā Et dabitur
multitudo in manu eius et capiet multi
tudinem Et exaltabitur cornu eius et dei
ciet multa milia sed non preualebit Cō
uertetur rex aquilonis et pparabit multi
tudinem multo maiorē quā prius. et in
fine temporū annorumque ueniet properās
cum exercitu maximo et opibus nimiis
et in temporibus illis multi consurgent
aduersus regem austri Filii quoque preuari
catorum populi tui extollentur. ut impleant
uisionem et corruent Et ueniet rex aqlo
nis et cōportabit aggerem et capiet urbes
munitissimas. et brachia austri nō susti
nebunt Et consurgent electi eius ad re
sistendum et non erit fortitudo Et ueni
ens faciet sup eū iuxta placitū suum et
non erit qui stet contra faciem eius et sta
bit in terra inclita et consumetur in ma
nu eius Et ponet faciem suam ut ueniat

iorem seleucum callinicū in patris locum regem constituit. et hoc est quod nunc dicitur Post multos annos
ptolomeus philadelphus et anthiocus theos facient amicicias. et filia regis austri hoc est ptolomei ueiet
ad regem aquilonis idest ad anthiocum ut inter patrem ac uirum iungat amicicias et non poterit igitur
obtinere nec semen illius stare in regno syrie sed et ipsa beronice et qui eam adduxerant interficientur Rex
quoque anthiocus qui confortabat eam hoc est per quem poterat preualere. ueneno uxoris occisus est. et stabit
de germine radicum eius plantacio et ueniet cum exercitu et ingredietur prouinciam regis aquilonis et
abutetur eis et obtinebit Insuper et deos eorum et sculptilia uasa quoque preciosa argenti et auri captiua du
cet in egyptum Ipse preualebit aduersus regem aquilonis et intrabit in regnum rex austri et reuertetur
ad terram suam occisa beronice et mortuo ptolomeo philadelpho patre eius in egypto frater illius et ipse
ptolomeus cognomi
to euergetes tercius
successit in regnum
de plantacione et
de germine radicis
eius eo quod esset ger
manus uenit cum
magno exercitu et
ingressus est prouin
ciam regis aquilo
nis idest seleucum
cognomento callini
cum qui cum matre
laodice regnabat in
syria et abusus est
eis et obtinuit in
tantum ut syriam
caperet et siliciam su
periores quoque partes
transeufraten et pro
pe modum uniuer
sam asyam Cumque
audisset in egypto
sedicionem moueri
diripiens regnum
seleuci quadragin
ta milia talentorum
argenti tulit. et
uasa preciosa simu
lacraque deorum duo
milia quingenta In
quibus erant et il
la que cambises
capta ab egypto in
persas asportauerat
Denique gens egypci
orum ydolatrie de
dita quia post mul
tos annos deos eorum
retulerat euergetem
eum appellauit. et
syriam quidem ipse
obtinuit. siliciam
autem amico suo an
thioco gubernandam
tradidit et antippo
alteri duci prouinci
as eufraten Filii autem
eius prouocabuntur
et congregabunt mul
titudinem exerci
tuum plurimorum et
ueniet properans et
inundans et reuer
tetur et concitabitur
et congredietur cum ro
bore eius et exalta
bitur cor eius Post
fugam et mortem
seleuci callinici duo
filii eius seleucus
cognomento euerge
tes et anthiocus qui
appellatus est mag
nus prouocante syr
nus uictorie et in ultione
parentis exercitu co
ngregato aduersum
ptolomeum philopato
rem arma corripuit
Cumque seleucus maior
frater tercio anno impe
rii occisus esset in fri
gia per dolum nican
noris et apaturii et
exercitus qui erat in sy
ria conflueret et ad an
thiocum fratrem eius
cognomento mag
num de babilone uo
cauit ad regnum et
propterea nunc in
fert quod duo quidem
filii prouocati sunt
et congregauerunt
multitudinem exer
cituum plurimorum
sed unus anthiocus
magnus uenerit de
babilone in syriam
que eo tempore tenebatur a ptolomeo philopatore filio euergetis qui quartus regnabat in egypto Cumque pug
nasset aduersum duces eius uno prodicione theodocio obtinuisset syriam que per successionem iam a regibus egyp
ti tenebatur in tantam uenit audaciam contempta luxuria philopatoris et magicis artibus quibus inseruire
dicebatur ut ultro egypciis bellum conaretur inferre et prouocatus rex austri egredietur et pugnabit aduersum
regem aquilonis et pparabit multitudinem nimiam et dabitur multitudo in manu eius et capiet multi
tudinem et exaltabitur cor eius et deiciet multa milia sed non preualebit Ptolomeus enim cognomento phi
lopator amissa syria prodicione theodori congregauit plurimam multitudinem et ingressus est aduersum an
thiocum magnum quem nunc regem aquilonis uocat iuxta situm egypti et iudee prouincie Idem enim locus
pro qualitate regionis alteri ad austrum. alteri ad aquilonem situs est. uerbi gracia Si de iudea dicamus
egypcius ad aquilonem. syrus ad austrum est Inito ergo certamine iuxta oppidum raphie quod in foribus egyp
ti est. omnem anthiocus amisit exercitum. et per deserta fugiens pene captus est. Cumque cessisset syria. ad extre
mum federe et quibusdam condicionibus pugna finita est. et hoc est quod scriptura nunc dicit Deiciet mul
ta milia ptolomeus philopator sed non preualebit Aduersarium enim suum capere non potuit Ergo sequitur
et conuertetur rex aquilonis. et preparabit multitudinem multo maiorem quam prius. et in fine temporum annorum

tunc[que] veniet properans cum exercitu magno et opibus nimijs et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem austri. anthiocum magnum significat qui contempta philopatoris ptolomei ignauia eo q[uod] deperiret agathocliam psalteriam fremi[que] eius et ip[su]m agathoclen haberet concubinū quem postea ducem egipti constituit incredibilem de superioribus babilonis locis exercitum congregauit et ptolomeo philopatore mortuo aduersum filium eius qui tunc quatuor annorum erat et vocabatur ptolomeus epiphanes rupto federe mouit exercitum ¶ Tante autem dissolucionis et superbie agathocles fuit vt subdite prius egipti p[ro]uincie rebellarent Ipsa[que] egiptus sedicionibus vexaretur. philipus quo[que] rex macedonum. et magnus anthiocus pace facta aduersum agathoclen et ptolomeum epiphanen dimicarent sub hac condicione vt proximas ciuitates regno suo singuli de regno ptolomei ablatas ptolomeo iūgerent. et hoc ē qd' nunc dicit multos consur-

ad tenendū vniuersum regnū eius et recta faciet cum eo Et filiam feminarū dab[it] illi, vt euertat illud et non stabit nec illius erit Et conuertet faciem suā ad insulas et capiet multas Et cessare faciet principē obprobrij sui et obprobriū eius conuertetur in eū Et cōuertet faciem suā ad imperiū terre sue. et impinget et corruet et non inuenietur Et stabit in loco eius vilissimus et indignus decore regio et in paucis diebus conteretur non in furore nec in prelio Et stabit in loco eius despectus et non tribuetur ei honor regius Et veniet clam et optinebit regnū in fraudulencia et brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius. Et conteretur insup[er] et dux federis Et post amicicias cum eo faciet dolum Et ascendet et superabit in medio p[o]p[u]lo et habundantes et liberes vrbes ingredietur et faciet q[uod] nō fecerunt p[at]res eius et p[at]res patrū eius rapinas et predam et diuicias eorū dissipabit et contra firmissimas cogitaciones inib[it]

gere aduersus regē austri ptolomeum scilicet epiphanem qui erat etate puerili Filij quo[que] p[re]uaricatorū populi tui extollentur vt impleant visionem et corruent Pugnantibus contra se anthioco magno et ducibus ptolomei in medio iudea posita in contraria studia scindebatur. alijs anthioco alijs ptolomeo fauentib[us] Denique onias sacerdos assumptis iudeo[rum] plurimis fugit in egiptum et a ptolomeo honorifice susceptus. accepit eam regionem q[ue] heliopoleos vocabatur et concedente rege templum extruxit in egiptum simile templo iudeorum. qd' permansit vs[que] ad imperiū vespasiani annis ccl. Ipsa aūt vrbs que vocabatur onie dimicantib[us] postea aduersum romanos iudeis ad solum vs[que] deleta est et ne[que] vrbis ne[que] templi vllum restat vestigium Ob occasione igitur onie pontificis infinita examina iudeorum ad egiptum confugerunt Eo tempore et cyreneorum multitudine repleta est. Asserebat enī onias se ysaie implere vaticiniū scribentis Erit altare domini in egipto et titulus dn̄i in terminis eius. et hoc est q[uod] nunc dicit filij p[re]uaricatorum populi tui qui legem domini reliquerunt volentes in alio loco p[re]ter q[uod] iussum erat deo victimas immolare extollentur in superbiam et visionem hoc ē preceptum dei se implere iactabant Sz corruent quia et templū et vrbs postea destruetur Cum[que] anthiocus teneret iudeam missus scopas aeptoli filius dux ptolomei partium scitum abducens in egiptum reuersus est. et veniet rex aquilonis et conportabit aggerem et capiet vrbes munitissimas et brachia austri nō sustinebunt et cōsurgent electi eius ad resistendum et nō erit fortitudo. et faciet veniens super eum iuxta placitū suum et non erit qui stet contra faciem eius et stabit in terra inclita et non cōsumabitur in manu eius Anthiocus enim volens recuperare iudeam et syrie vrbes plurimas scopam ducem ptolomei iuxta fontes iordanis vbi nunc paneas condita est. inito certamine fugauit et cum decem milibus armatorum obsedit clausum sydone Ob quem lib[er]andum misit ptolomeus duces inclitos aeropum et menocleam et damoxenum. s[ed] obsidionem soluere non potuit donec fame superatus scopas manus dedit et nudus cum socijs dimissus ē Quod[que] ait conportabit aggerem illud significat q[uod] presidium scope in arce ierosolimitarum annitentibus iudeis multo tempore obpugnauerit et ceperit. et vrbes alias que prius a ptolomei partibus tenebantur syrie cylicie et licie Eo enim tempore capte sunt afrodosias et sole et zophiron et malos et anomorium et selenus et coracesium et corocius et andreace et limira et pathara et xanethus et ad extremum ephesius De quibus vniuersis et greca et romana narrat historia Et q[uod] intulit stabit in terra inclita et consumetur sine perficietur in manu eius: terram inclitam siue vt lxx interpretati s[un]t voluntatis hoc ē que cōplacebat deo iudeam significat et proprie ih[e]r[usa]l[e]m. in quam honorifice susceptus eos qui partium scope erant. persecutus est. pro terra inclita qd' interpretatus ē aquila que nos i[n] hoc loco secuti sumus. theodocio ip[su]m hebraicum verbum posuit sabi[r]. Pro quo simmacus vertit terram fortitudinis et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius. et recta faciet cum eo et fi

liam feminarū dabit ei vt euertat eum hoc ē ptolomeum siue illud idest regnū eius. Volens antiochus non solum syriam et ciliciam et liciam et alias prouincias q̄ ptolomei fuerant partium possidere s₃ in egiptum quoq₃ regnum suum extendere filiam suam cleopatram per eucleurodum septimo anno regni adolescenti despondit ptolomeo et terciodecimo anno tradidit. data ei dotis nomine omī fenice syria et iudea. filia autem feminarū per vocata ē vt illud poeticum Sic ore locutus est vocemq₃ hys auribus hausi et non stabit neq₃ illius erit. et conuertet faciem suam ad insulas et capiet multas. et cessare faciet principem obprobrij sui et obprobrium eius conuertetur in eum. et conuertet faciem suam ad imperium terre sue et impinguet et corruet et nō inuenietur Neq₃ enim obtinere potuit egiptum quia ptolomeus epiphanes et duces eius sencientes dolum cauciusse egerunt et cleopatra magis viri partes qm̄ parentis fouit Vnde vertit se ad asiam. et nauali certamine

consilium et hec vsq₃ ad tempus Et concitabitur fortitudo eius et cor eius aduersum regem austri in exercitu magno Et rex austri prouocabitur ad bellum multisq₃ auxilys et fortibus nimys et nō stabunt quia inibunt aduersum eū consilia. Et comedentes panem cū eo cōterent illum Exercitusq₃ eius opprimetur et cadent interfecti eius plurimi Duorum quoq₃ regum cor erit vt malefaciāt et ad mensam vnam loquentur mendaciū et non proficient quia adhuc finis in aliud tempus Et reuertetur in terram suam cū opibus multis Et cor eius aduersum testamentū scm̄ et faciet et reuertetur in terram suā Statuto tempore reuertetur et veniet ad austrū et nō erit priori simile nouissimū Et venient super eum trieres et romani et percucietur et reuertetur et indignabitur contra testamentū sanctuary Et faciet et reuertetur et cogitabit aduersus eos qui dereliq̄runt testamē tum sanctuary et brachia ex eo stabunt

aduersum plurimis insulas dimicans cepit rodum et samum et colophana et phocea et alias multas insulas Cetet et occ cit ei scipio vasica cum fratre suo publio scipione affricano qui annibalem vicerat Cum enim consul vasica fratri affricani audioris esset ingenij et contra regem potentissimum senatus ei nollet bellum crede spontaneam legacionem obtulit affricanus pro fratis iniuria Victus ergo antiochus intra stau rum regnare iussus ē. et inde fugit in palanniā et susam et ad vltimas regni sui penetrauit vrbes Cumq₃ aduersus elimeos pugnaret cum omi est deletus exercitu. et hoc ē qd nunc scriptura dicit q multas insulas ceperit et vincente romano regnum aspe perdiderit et obprobriū eius conuersum sit ī caput illius vt ad extremū de asya fugiens reuersus sit ad imperium terre sue et impegerit atq₃ corruerit et locus illius non sit inuentus et stabit in loco eius vilissimus et indignus decore regio et in paucis diebus conteretur non in furore nec in prelio Seleucum dicit cognomento philopatorem filium magni antiochi qui dignum nichil syrie et patris gessit imperio et absq₃ vllis prelys inglorius periit porro porphirius hunc non vult esse seleucum s₃ ptolomeum epiphanem q seleuco sit molitus insidias et aduersus eum exercitum preparauit et idcirco veneno sit interfectus a ducibus suis. qd cum vnus ab illo quereret tantas res moliens vbi habet pecuniā rndt amicos sibi esse diuicias Quod cum diuulgatum esset in populos timuerunt duces ne auferret eorum substancias et idcirco eum maleficis artibus occiderunt Sed quo potest in loco magni antiochi stare ptolomeus qui hoc omnino non fecit maxime cum hec interpretati sunt et stabit de radice eius plantacio idest de germine eius et semine pertinens dignitatem imperij et ī paucis diebus conteretur absq₃ ira et prelio. hebrei vilissimū et indignum decore regio triphonem intelligi volunt. qui tutor pueri arripuit tyrannidem et stabit in loco eius despectus et non tribuetur ei honor regius et veniet clam et obtinebit regnum in fraudulencia. hucusq₃ historie ordo sequitur et inter porphiriū ac nos nulla contencio est Cetera que sequuntur vsq₃ ad finem voluminis ille interpretatus est super persona antiochi qui cognominatus est epiphanes fratre seleuci filio antiochi magni. qui post seleucū xi. annis regnauit in syria obtinuitq₃ iudeam Sub quo legis dei persecucio et machabeorum bella narrantur. Nri autem hec omīa de antixpo prophetari arbitrantur qui vltimo tempore futurus est Cumq₃ eis videatur illud obponi quare tantos in medio reliquerit sermo propheticus a seleuco vsq₃ ad consummacionem mūdi. respondent qd et in p̄ori historia vbi de regibus persarum dicebatur. quatuor reges tantum post cyrum persarum posuerit et multis in medio transilitis repente venerit ad alexandrum regem macedonum et hanc esse sancte scripture consuetudinē non vniuersā narrare s₃ ea q̄ maiora videntur exponere Cumq₃ multa que postea lecturi et expositiri sumus super antiochi persona intelligi possint. typum volunt eum esse antixpi et que in illo ex parte precesserint in antixpo esse complenda ex toto. et hunc esse morem sancte scripture vt futurorum veritatem p̄mittat in typis. iuxta illud qd de dn̄o saluatore in lxx° p̄mo psalmo dicitur qui p̄notatur salomonis. et omīa que de eo dicuntur salomoni non valent conuenire

Neque enim permansit ipse cum sole et ante lunam in generaciones et generacionum neque dominatus est a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terre nec omnes gentes ei seruierunt neque ante solem permansit nomen eius nec benedicte sunt in ipso omnes tribus terre neque omnes gentes magnificauerunt eum Ex parte autem et quasi in umbra et ymagine ueritatis in salomone premissa sunt ut in domino saluatore perfectius implerentur Sicut igitur saluator habet salomonem et ceteros sanctos in typum aduentus sui sic et antichristus pessimum regem antiochum qui sanctos persecutus est templumque uiolauit recte typum typum habuisse credendus est Sequamur igitur exposicionis ordinem ut iuxta utramque exposicionem quid aduersarius quid nostris uideatur breuiter annotemus Stabit inquiunt in loco seleuci frater eius anthiocus epiphanes. cui primum ab hiis qui in syria ptolomeo fauebant non dabatur honor regius sed postea simulacione clemencie obtinuit regnum Syrie

et polluent sanctuarium fortitudinis et auferent iuge sacrificium Et dabunt abhominacionem in desolacionem et impii in testamentum simulabunt fraudulenter Populus autem sciens deum suum obtinebit et faciet et docti in populo docebunt plurimos et ruent in gladio et in flamma et in captiuitate et in rapinam dierum Cumque corruerint subleuabuntur auxilio paruulo et applicabuntur ac plurimi fraudulenter et de eruditis ruent ut conflentur et eligantur et dealbentur usque ad tempus prefinitum quia adhuc aliud tempus erit Et faciet iuxta voluntatem suam rex et eleuabitur et magnificabitur aduersum omnem deum et aduersus deum deorum loquetur magnifica et dirigetur donec compleatur iracundia perpetrata quippe est diffinicio et deum patrum suorum non reputabit Et erit in concupiscenciis feminarum nec quemquam deorum curabit quia aduersum uniuersa consurget Deum autem

et brachia pugnantis ptolomei et uniuersa uastantis expugnata sunt a facie antiochi atque contrita Brachia autem fortitudinem uocat unde et manus appellatur exercitus multitudo. et non solum autem ptolomeum uicit in fraudulencia sed ducem quoque federis hoc est iudam machabeum superauit dolis Siue quod dicit hoc est Cum ipse obtulisset pacem ptolomeo et fuisset dux federis postea ei est molitus insidias Ptolomeum autem hic non epiphanem significat qui quintus regnauit in egiptum sed ptolomeum philometora filium cleopatre sororis antiochi cuius hic auunculus erat et cum post mortem cleopatre eulasius eunuchus nutricius philometoris et leneus egiptum regerent et repeterent syriam quam antiochus fraude occupauerat: ortum est inter auunculum et puerum ptolomeum prelium Cumque inter pelusium et montem cassium prelium commisissent victi sunt duces ptolomei Por

eo antiochus parcens puero et amicicias simulans ascendit memphim et ibi ex more egipti regnum accipiens puerique rebus prouidere se dicens cum modico populo omnem egiptum subiugauit et habundantes atque uberrimas ingressus est ciuitates. fecitque que non fecerunt patres eius et patres patrum illorum Nullus enim regnum syrie ita uastauit egiptum et omnes eorum diuicias dissipauit et tam callidus fuit. ut prudentes cogitaciones eorum qui duces pueri erant sua fraude subuerteret Hec porphirius sequens futurorum sermone latiniosissimo prosecutus est que nos breui compendio diximus Nostri autem et melius interpretantur et recius quod in fine mundi hec sunt facturus antichristus qui consurgere habet de modica gente id est populo iudeorum et tam humilis erit atque despectus ut ei non donetur honor regius. et per insidias et fraudulenciam obtineat prin-

cipatum et brachia pugnantis populi romani expugnentur ab eo et conterantur et hoc faciet quia simulant se esse ducem federis hoc est legis et testamenti dei et ingredietur urbes ditissimas et faciet que non fecerunt patres eius et patres patrum illius Nullus enim iudeorum absque antichristo in toto umquam orbe regnauit et contra firmissimas sanctorum cogitaciones inibit consilium. facietque uniuersa usque ad tempus. donec enim dei voluntas ista facere permiserit et concitabitur fortitudo eius et cor eius aduersum regem austri. in exercitu magno et rex austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis et fortibus nimis et non stabunt quia inibunt aduersus eum consilia. et comedentes panem cum eo conterent illum Exercitusque eius opprimetur et caderent illi interfecti plurimi Hec porphirius interpretatur de anthioco isto qui aduersum ptolomeum sororis sue filium profectus est cum exercitu suo magno Sed et rex austri idest duces ptolomei prouocabuntur ad bellum multis auxiliis et fortibus nimis et non poterunt resistere antiochi consiliis fraudulentis. qui simulabit pacem cum sororis filio et comedet cum eo panem et postea occupabit egiptum Nostri autem secundum superiorem sensum omnia interpretantur de antichristo qui nasciturus de populo iudeorum et de babilone primum superatus est regem egipti qui est unus de tribus cornibus de quibus ante iam diximus Duorum quoque regum cor erit ut malefaciant et ad mensam unam mendacium loquentur et non proficient quia adhuc finis in aliud tempus. et reuertetur

in terram suam cum opibus multis Nulli dubium est quin antiochus pacem cum ptolomeo fecerit et inierit cum eo convivium et dolos machinatus sit et nichil profecerit quia regnum eius non potuerit obtinere sed a militibus ptolomei eiectus sit verum ex eo quia scriptura nunc dicit duos fuisse reges quorum cor fuerit fraudulentum ut sibi mutuo malefacerent duces regis parvuli pro ea contra antiochum moliti sunt insidias hoc secundum historiam demonstrari non potest Ptolomeus enim parvus etate et deceptus fraude antiochi illi malum cogitare quid potuit Nostri volunt nostri hec omnia referri ad antichristum et ad regem egipti quem primum superatus est et cor eius adversus testamentum sanctum. et faciet. et revertetur ad terram suam Statuto tempore revertetur et veniet ad austrum et non erit priori simile novissimum et venient trieres et romani et percutietur. sive ut alius interpretatus est et comminabitur ei et greca et romana narrat historia postquam reversus est antiochus expulsus ab egiptijs venisse eum in iudeam hoc est adversum testamentum sanctum et spoliasse templum et auri tulisse quam plurimum. Positoque in arce presidio macedonum reversum in terram suam. et post biennium rursum contra ptolomeum exercitum congregasse et venisse ad austrum. Cumque duo fratres ptolomei cleopatre filij quorum avunculus erat obsiderentur in alexandrie legatos venisse romanos. Quorum unus marcus popilius lenas cum eum stantem invenisset in litore et senatus consultum dedisset quo videbatur ab amicis populi romani recedere. et suo imperio esse contentus et ille responsionem ad amicorum consilium distulisset. orbem dicitur fecisse in harenis baculo quem tenebat manu et circumscripsisse regem atque dixisse Senatus et populus romanus precipiunt ut in isto loco respondeas quid consilij geras. quibus dictis ille perterritus ait Si hoc placet senatui et populo romanorum recedendum est. atque ita timens mo-

Maozim in loco suo venerabitur et deum quem ignoraverunt patres eius colet auro et argento et lapide precioso rebusque preciosis et faciet ut muniat maozim cum deo alieno quem cognovit Et multiplicabit gloriam et dabit eis potestatem in multis et terram dividet gratuito et in tempore prefinito preliabitur adversus eum rex austri Et quasi tempestas veniet contra eum rex aquilonis in curribus et in equitibus et in classe magna et ingredietur terras et conteret et pertransiet et introibit in terram gloriosam et multe corruent Hee autem sole salvabuntur de manu eius edom et moab et principes filiorum amon et mittet manum suam in terras Et terra egipti non effugiet et dominabitur thesaurorum auri et argenti et in omnibus preciosis egipti per libiam quoque et ethyopiam transibit et fama turbabit eum ab oriente et ab aquilone et veniet in multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos et figet tabernaculum suum apheduo inter maria super montem inclitum et sanctum veniet usque ad summitatem eius

-vit exercitum per-. Ostensus autem esse dicitur non quo interierit sed quod omnem arrogantie perdiderit magnitudinem De antiocho nullus ambigit qui pugnaturus sit adversum testamentum sanctum et primum contra regem egipti divinitas romanorum pro eis auxilio terreatur. Hec autem sub antiocho epiphane in ymagine precesserunt ut rex sceleratissimus qui persecutus est populum dei prefiguraret antichristum qui christi populum persecuturus est. Unde multi nostrorum putant ob sevicie et turpitudinis magnitudinem domicium neronem antichristum fore. et revertetur et indignabitur contra testamentum sanctuarij et faciet ac revertetur et cogitabit de his qui dereliquerant testamentum sanctuarij Hec plenius in machabeorum gestis legimus. quod postquam de egipto eum repellere romani indignans venerit contra testamentum sanctuarij et ab his invitatus sit qui dereliquerant legem dei et se cerimonijs miscuerant ethnicorum. Quod plenius comple-

dum est sub antichristo qui indignabitur contra testamentum dei et cogitabit adversum illos quos vult legem dei relinquere Unde significantius interpretatus est aquila et cogitabit ut deseratur pactum sanctuarij. et brachia ex eo stabunt et pollulent sanctuarium fortitudinis et auferent iuge sacrificium et dabunt abhominationem in desolationem Pro brachijs alius interpretatus est semina ut significaret stirpem atque progeniem Volunt autem eo significari qui ab antiocho missi sunt post biennium quam templum expoliaverunt ut tributa exigerent a iudeis et auferrent cultum dei et in templo ierusalem iovis olimpij simulacrum et antiochi statuas ponerent quas nunc abhominationes desolationis vocat quando ablatum est holocaustum et iuge sacrificium Que universa in typo antichristi nostri precessisse contendunt qui sessurus est in templo dei et se facturus ut deum Iudei autem hoc non de antiocho epiphane nec de antichristo sed de romanis intelligi volunt de quibus supradictum est. et venient trieres atque itali sive romani humiliabitur Post multa inquiunt tempora de ipsis romanis qui ptolomeo vene-

ierunt in auxilium et antiocho dominati sunt consurget rex vespasianus surgent brachia eius vel semina
tytus filius eius cum exercitu et polluent sanctuarium auferentque iuge sacrificium et templum tradet eter
ne solitudini Vicque et cethim quos nos trieres et romanos interpretati sumus. hebrei ytalos volunt intelli
gere atque romanos Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter Populus autem sciens deum
suum obtinebit et faciet et hec in machabeis legimus. quod quidam simulaverunt se legis dei esse custodes et
postea cum gentibus fecerunt alii vero permanserunt in religione Quod et in antichristi temporibus futurum
arbitror quando refrigesset caritas multorum de quibus dominus loquitur in euangelio Putas ne filius hominis ve
niens inveniet fidem super terram. et docti in populo docebunt plurimos et ruent in gladio et in flamma et
in captivitate et in rapina dierum Quanta iudei ab antiocho passi sunt machabeorum libri referunt et trium
phi eorum testimonio sunt qui pro custodia legis dei flammas et gladios et servitutes et rapinas et penas vl
timas sustinuerunt Que futura sub antichristo nemo qui dubitet multis resistentibus potentie eius et in diver
sa fugientibus Que hebrei in vltima euersione templi que sub vespasiano et tyto accidit interpretantur fuisse
de populo plurimos qui sciebant dominum suum et pro custodia legis eius interfecti sunt. Cumque corruerint suble
vabuntur auxilio parvulo et applicabuntur eis plurimi fraudulenter. et de eruditis ruent. vt conflentur
et eligantur et dealbentur vsque ad prefinitum tempus quia adhuc aliud tempus erit. Parvum auxilium
mathatiam significari arbitratur. porphirius de vico modin qui adversum duces antiochi rebellavit et cultum
veri dei servare conatus est Parvum autem inquid auxilium vocat. quia mortuus est mathathias et postea
iudas filius eius qui vocabatur machabeus pugnans cecidit et ceteri fratres eius adversariorum fraude decepti
sunt lege machabeorum libros. hec autem ait omnia idcirco sunt facta vt probentur et eligantur sancti et de
albentur sancti vsque ad tempus quod erat prefinitum quia in aliud tempus dilata victoria Sub antichristo parvum
auxilium nostrum intelligi volunt quia congregati sancti resistent ei et vtentur auxilio parvulo et postea de eru
ditis corruent plurimi Quod hic fiet. vt quasi in fornace conflentur et eligantur et dealbentur donec veniat tem
pus prefinitum. quia vera victoria in adventu christi erit Hebreorum quidam hec de severo et antonino prin
cipibus intelligunt quia iudeos plurimum dilexerat Alii vero de iuliano imperatore: quod quando oppressi fuerint
a gallo cesare. et in captivitatis angustiis multa perpessi consurgat ille iudeos amare se simulans et in tem
plo eorum immolaturum esse promittens In quo parvam spem habebunt auxilii et applicabuntur illis gentilium
plurimi non in veritate sed in mendacio. Pro ydolorum enim cultu. eis simulabunt amicitias et hec facient
vt qui probati sunt manifesti fiant Tempus enim vere salutis eorum et auxilii futurum esse christum quem fal
so sperant esse venturum cum sint recepturi antichristum et faciet iuxta suam voluntatem rex et elevabitur rex
et magnificabitur adversum omnem deum et adversum deum deorum loquetur magnifica et dirigetur. do
nec compleatur ira perpetrata est quippe diffinicio Sive vt alius interpretatus est. in ipso enim erit consummacio
Ab hoc loco hebrei dictum de antichristo putant. quod post iuliani auxilium parvum resurrecturus sit rex qui faciat iux
ta voluntatem suam et elevetur contra omne quod dicitur deus et adversum deum deorum loquatur magnifica
ita vt sedeat in templo dei et seipsum faciat deum et dirigatur voluntas eius donec compleatur ira dei quia
in ipso erit consummacio quod quidem et nos de antichristo intelligimus Porphirius autem et ceteri qui sequuntur
eum et de antiocho epiphane dici arbitrantur quod erectus sit contra cultum dei et in tantam superbiam venerit
vt in templo ierosolimis simulacrum suum poni iusserit Quodque sequitur et diriget donec compleatur ira quia
in ipso erit consummacio sic intelligunt. tam diu eum posse donec irascatur ei deus et ipsum interfici iubeat Si
quidem pholibolus et diodorus qui bibliothecarum scribunt hystorias. narrant eum eum non solum contra de
um fecisse iudee sed avaritie facibus accensum etiam templum dyane in elimaide quod erat ditissimum spoli
are conatum oppressumque a custodibus templi et vicinis circum gentibus et quibusdam fantasiis atque terroribus
versum in amenciam ad postremum morbo interisse et hec ei accidisse commemorant quia templum dyane violare
conatus sit Nos autem dicimus et si acciderit ei ideo accidisse quia in sanctos dei multa exercuerit crudelitatem
et polluerit templum eius Non enim pro eo quod conatus est facere et acta penitencia implere desinit. sed pro eo quod fecit pu
nitus esse credendus est. et deum patrum suorum non reputabit et erit in concupiscenciis feminarum. Nec quemque
deorum curabit quia adversus vniversa consurget Deum autem maozim in loco suo venerabitur et deum quem ig
noraverunt patres eius colet. auro et argento et lapide precioso. rebusque preciosis. et faciet vt muniat maozim
cum deo alieno quem cognovit et multiplicabit gloriam et dabit eis potestatem in multis. et terram dividet gratui
to. pro eo quod nos interpretati sumus. et erit in concupiscenciis feminarum. lxx transtulerunt et concupiscenciis fe
minarum non subiacebit Rursum pro deo maozim quod habetur in hebreo. aquila transtulit deum fortitudinum
hec deum fortissimum Quod vero in hebraico pro eo vbi nos diximus et erit in concupiscenciis feminarum ambigue
positum est dicente aquila qui verbum expressit de verbo idest et super de
um patrum suorum non intelliget et super concupiscenciam feminarum et super omnem deum non intelliget quibus
verbis intelligitur et habere eum concupiscenciam feminarum. et non habere si legerimus et intellexerimus
et super concupiscenciam feminarum non intelliget. de antichristo facilior interpretacio est quod ideo simulat cas
titatem vt decipiat plurimos Sin autem ita legerimus et super concupiscenciam feminarum vt subaudiatur erit
antiochi persone magis coaptabitur. quia luxuriosissimus fuisse dicitur et tantum dedecus per stupra et corrup
telas venisse regie dignitatis vt mimus quoque et scortis publice iungeretur. et libidinem suam populo presente
compleret Deum maozim ridicule porphirius interpretatus est vt diceret in vico modin vnde fuit mathathias
et filii eius antiochi duces iovis posuisse statuam et compulisse iudeos vt ei victimas immolarent idest deo
modin Quod autem sequitur. et deum quem ignoraverunt patres eius colet. hoc magis antichristo quam antiocho
convenit legimus enim antiochum ydolorum grecie habuisse cultum et iudeos atque samaritas ad veneratio
nem suorum deorum compulisse Nec non et hoc quod infert et faciet vt muniat maozim cum deo alieno quem
cognovit et multiplicabit gloriam et dabit eis potestatem et terram dividet gratuito. theodocio ita interpretatus est
et aget hoc vt muniat presidia cum deo alieno et cum aliis ostenderit. multiplicabit honorem et dominari
eos in multis faciet et terram dividet gratis Pro presidiis confugium interpretatus est simmachus Quod porphirius ita
edisserit. faciet hec omnia vt muniat arcem ihrlm et in ceteris vrbibus ponat presidia et iudeos doceat ali

cuium adorare deum haut dubium quin iouem significet. Quem cum illis ostenderit et adorandum esse persuaserit tunc dabit deceptis honorem et gloriam plurimam et faciet ceteris qui in iudea fuerint dominari et pro preuaricatione possessiones diuidet et dona distribuet. Antichristus quoque multa deceptis munera largietur et terram suo exercitui diuidet. Quosque terrore non quiuerit subiugabit auaricia et in tempore prefinito preliabitur aduersus eum rex austri et quasi tempestas veniet contra eum rex aquilonis in curribus et in equitibus et in classe magna et ingredietur terras et conteret et pertransiet et introibit in terram gloriosam et multi corruent. pro quo interpretatus est simmachus et multa milia corruent. Theodotio et multi infirmabuntur. Multas autem corruere iuxta aquilam. vel vrbes vel regiones vel prouincias intellige. et hec porphirius ad antiochum refert. quod vndecimo anno regni sui rursum contra sororis filium ptolomeum philomethora dimicauit qui audiens venire antiochum congregauit multa populorum milia. sed antiochus quasi tempestas valida in curribus et in equitibus et in classe magna ingressus sit terras plurimas et transeundo vniuersa vastauerit veneritque ad terram inclitam id est iudeam quam simmachus terram fortitudinis interpretatus est. pro qua theodotio id est ipsum verbum hebraicum posuit sabay. et arcem muniuerit de ruinis murorum ciuitatis. et sic egiptum perrexerit. Nostri autem ad antichristum et ista referentes dicunt quod primum pugnaturus sit contra regem austri id est egypti. et postea libias et ethiopias superaturus que de decem cornibus tria contrita cornua supra legimus. et quia venturus sit in terram israel et multe ei vel vrbes vel prouincie dature manus. hee autem sole saluabuntur de manibus eius. Edom et moab et principium filiorum ammon. Antiochus aiunt festinans contra regem austri ptolomeum ydumeos et moabitas et ammanitas que ex latere iudee erant non tetigit ne occupatus alio prelio ptolomeum redderet fortiorem. Antichristus quoque ydumeam ac moabitas et filios ammon id est arabiam relinquet intactam. quia illuc sancti ad deserta confugient. et emittet manum suam in terras et terra egypti non effugiet et dominabitur thesaurorum auri atque argenti et in omnibus preciosis egypti. Per libias quoque et ethiopias pertransibit. Hec antiochum ex parte legimus fecisse. Quod sequitur per libias et ethiopias pertransibit magis nostri asserunt conuenire antichristo. Antiochus enim libiam quam plerique affricam intelligunt ethiopiamque non tenuit. Nisi forte quia in ipso climate sunt prouincie egipti et longe per deserta vicine capitis egiptiis etiam iste prouincie conturbate sint. Vnde non dicit quod cepit eas sed per libiam ethiopiamque transierit et fama turbabit eum ab oriente et ab aquilone et veniet multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos et figet tabernaculum suum a pedno inter maria super montem inclitum et sanctum et veniet vsque ad summitatem eius et nemo auxiliabitur ei. et in hoc loco porphirius tale nescio quid de antiocho sompniat. Pugnansque inquid contra egiptios et libias ethiopiasque pertransiens. audiet esse sibi ab aquilone et ab oriente prelia concitari vnde egrediens capiet arabios resistentes et omnem in littore phenicis vastabit prouinciam. Confestimque perget ad artaxiam regem armenie qui de orientis partibus mouebatur et interfectis plurimis de eius exercitu ponet tabernaculum suum in loco a pedno qui inter dilatissima flumina est tygrium et eufraten. Cumque huc vsque processerit in quo monte inclito sederit et sancto dicere non potest. Quoniam et inter duo maria eum sedisse probare non possit et stultum sit. duo mesopotamie flumina duo maria interpretari. Montem autem inclitum idcirco preterijt quia secutus est theodotionis interpretationem qui ait inter media maria super montem sabba sanctum. Cumque sabba nomen montis armenie vel mesopotamie putet. quare sanctus sit dicere non potest. et hac licentia menciendi possimus nos addere quod ille conticuit. sanctum dici montem quia iuxta errorem ar meniorum sit ydolis consecratus et veniet inquid vsque ad summitatem ipsius montis in elimaide prouincia que est vltima persarum ad orientem regio ibique volens templum diane spoliare que habebat infinita donaria fugatus a barbaris est qui miram veneratione fanum illud suspiciebant et mortuus est merore consumptus. in tales opido persidis. Hec ille in suggillationem nostri artifici sermone composuit. Que et si potuerit approbare non de antichristo dicta sed de antiocho quid ad nos qui non ex omnibus scripturarum locis christi probamus aduentum et antichristi mendacium. Pone hoc enim dici de antiocho quid nocet religioni nostre. Numquid et in superiori visione vbi et in antiochum prophetia consummata est aliquid de antichristo dicitur. Dimittat itaque dubia et in manifestis hereat. qui sit ille lapis qui de monte abscisus sine manibus creuerit in montem magnum et et orbem impleuerit et quadriformem ymaginem contriuerit qui sit ille filius hominis qui cum nubibus venturus sit et staturus ante vetustum dierum et dandum sit ei regnum quod nullo fine clauderetur omnesque populi tribus ac lingue ipsi seruituri sunt. Hec que manifesta sunt preterit et de iudeis asserit prophetari quos vsque hodie seruire cognoscimus et dicit eum qui sub nomine danielis scripsit librum ad refocillandam spem suam finxisse mentitum non quo omnem historiam futuram esse potuerit sed quo iam facta memorarit et in vltime visionis calimpnijs inmoratur. flumina ponens pro mari et montem inclitum et sanctum a pedno quem vbi legerit nullam potest proferre historiam. Nostri autem extremum visionis huius capitulum sub antichristo sic exponunt quod pugnas contra libias egiptios et ethiopias et tria cornua de decem cornibus conteras auditurus sit de aquilonis et orientis partibus aduersum se bella consurgere. Cum veniens cum magna multitudine vt conterat et interficiat plurimos figet tabernaculum suum in apedno iuxta nichopolim que prius emmaus vocabatur vbi incipiunt iudee prouincie montana consurgere. Denique inde se erigens vsque ad montem oliueti ierosolimarum regio ascenditur. et hoc esse quod nunc scriptura dicit. et cum fixerit tabernaculum suum in montane prouincie radicibus. Inter duo maria mare videlicet quod nunc appellatur mortuum ab oriente et mare magnum in cuius littore cesarea ioppe ascalon et gaza site sunt tunc veniet ad summitatem montis eius. hoc est montane prouincie id est verticem montis oliueti qui inclitus vocatur quia ex eo dominus atque saluator ascendit ad patrem et nullus antichristo poterit auxiliari contra se domino seuiente et asserunt ibi auxilium esse periturum. vnde dominus ascendit ad celos. Apedno verbum compositum est quod si diuidas intelligi potest nop artos id est soly sui et est sensus. et figet tabernaculum suum et thronum sui inter maria super montem inclitum et sanctum. Hunc locum ita interpretatus est simmachus

Quod in latino sonat et extendet papiliones equitatus sui inter maria super monte fortitudinis sanctum et veniet vsque ad verticem montis. Theodotio vero sic vertit. et figet tabernaculum suum apedno inter maria in montem sabba sancto et veniet vsque ad partem eius. Aquila ita et plantabit tabernaculum pretorij sui aphedano inter maria in monte glorioso et sancto et veniet vsque ad finem eius. Soli lxx omni sermonis questione liberantes interpretati sunt et statuet tabernaculum suum tunc inter maria et monte

voluntatis sue et veniet hora consummationis eius. Quos apollinaris secutus de nomine apedno omnino ro tiant hec omnino ideo prolucius posui ut et porphiry ostendam calumpniam qui hec omnia ignorant aut nescire se fingit et scripture sancte difficultatem cuius intelligenciam absque dei gratia et doctrina maiorum sibi impe ritissimi vel maxime vindicant. Notandum autem quod cum litteram p. hebreus sermo non habeat sed pro ipsa utatur phe. cuius vim grecum ф sonat in isto tantum loco apud hebreos scribatur quidem phe sed legatur p. Ergo autem antixps veniat usque ad summitatem eius montis incliti et sancti et ibi pereat. ysaias plenius loquitur precipitabit dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes et eum qui dominabatur cunctis populis et unctionem que uncta est contra universas nationes

et nemo auxiliabitur ei. Capitulum duodecimum.

In tempore autem illo consurget michael princeps magnus qui stat pro filiis populi tui. Et veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud. Et in tempore salvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit scriptus in libro vite et multi de hiis qui dormiunt in pulvere terre evigilabunt alii in vitam eternam et alii in obprobrium ut videant semper. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem daniel claude sermones et signa librum usque ad tempus statutum pertransibunt et multiplex erit sciencia. Et vidi ego daniel et ecce quasi duo alii stabant. Unus hinc super ripam fluminis stabat et alius inde ex

In tempore autem illo consurget michael princeps magnus qui stat pro filiis populi tui et veniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit scriptus in libro vite et multi de hiis qui dormiunt in terre pulvere evigilabunt alii in vitam eternam et alii in obprobrium ut videant semper. qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Hactenus porphirius utcumque se tenuit et tam nostrorum imperitis quam suorum male eruditis imposuit. De hoc capitulo quid dicturus est in quo describitur mortuorum resurrectio aliis suscitatis in vitam eternam et aliis in obprobrium sempiternum. Nec potest dicere qui fuerint sub antiocho fulgentes quasi splendor firmamenti et alii quasi stelle in perpetuas eternitates. Et quid non faciat pertinacia. Quasi contritus coluber elevat caput et moriturus in eos qui morituri sunt venena diffundit. Et hoc inquit de antiocho scriptum est qui vadens in persidem lisie antiochie et phenicie preerat reliquit exercitum ut adversus iudeos pugnaret urbemque eorum ihrlm subverteret. Que omnia narrat iosephus historie auctor hebree quod talis fuerit tribulacio qualis numquam et tempus advenerit quale non fuit ex eo quo gentes esse ceperunt usque ad illud tempus. Reddita autem victoria et cesis antiochi ducibus ipsoque antiocho in perside mortuo salvatus est populus israel omnes qui scripti erant in libro dei hoc est qui legem fortissime defenderunt et econtrario qui deleti sunt de libro. hoc est qui prevaricatores extiterunt legis et antiochi fuerunt partium. hii qui quasi in terre pulvere dormierant et operti erant malorum pondere. et quasi in sepulcrum miseriarum reconditi ad insperatam victoriam de terre pulvere surrexerunt et de humo elevaverunt caput custodes legis resurgentes in vitam eternam et prevaricatores in obprobrium sempiternum. Magistri autem atque doctores qui legis habuere noticiam. fulgebunt quasi celum et qui inferiores populos exhortati sunt ad custodiendas cerimonias dei instar astrorum splendebunt in perpetuas eternitates. Ponit quoque hystoriam de machabeis in qua dicitur multos iudeorum sub mathathia et iuda machabeo ad berennum confugisse et latuisse in speluncis et in cavernis petrarum ac post victoriam processisse et hec quasi de resurrectione mortuorum esse predicta. Tempore autem antixpi tribulationem talem fore qualis numquam fuit ex eo quo gentes esse ceperunt verius intelligatur. Ponamus enim lisiam qui victus est et penitus oppressos esse iudeos qui vicerunt. Numquid fuit tanta tribulacio quanta eo tempore quo ihrlm capta est a babilonis templumque subversum est et omnis populus ductus in captivitatem. Oppresso igitur antixpo et spiritu salvatoris extincto salvabitur populus qui scriptus fuerit in libro dei et pro diversitate meritorum alii resurgent in vitam eternam alii in obprobrium sempiternum. Mgri habebunt similitudinem celi et qui alios erudierunt stellarum fulgori comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam nisi et alios erudias. Tacitusque est sermo doctrine alium non edificans mercedem iniutio recipere non potest. Quem locum theodocio idest vulgata editio ita expressit et intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamenti et de iustis plurimi sicut stelle ineternum et ultra. Solent nonnulli querere utrum doctus et sanctus et simplex eandem mercedem habeant et unam in celestibus mansionem. Unde nunc iuxta theodotionem dicitur quod docti similitudinem celi habeant et absque doctrina iusti stel

larum fulgori comparentur tantumque sit inter eruditam sanctitatem et sanctam rusticitatem quantum celum dis
tat et stelle. Tu autem daniel claude sermones et signa librum usque ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi
et multiplex erit sciencia. qui danieli multiplicem revelaverat veritatem ipse occulta significans esse que locu
tus est precipit ut involuat sermones et signet librum ut legant plurimi et querant historie veritatem et prop
ter obscuritatis magnitudinem diversa opinentur. Et enim ait pertransibunt id est percurrent plurimi mul
torum significat lectionem. Solemus enim dicere percucurri librum transivi historiam. Quod quidem et ysaias de
obscuritate sui voluminis loquitur et erunt sermones libri istius quasi verba voluminis signati. Et si dederint homi
nescienti litteras dicentes ei lege respondebit Nescio litteras. Signantem dederunt illud homini scienti litteras
et dixerunt lege librum.

alia parte fluminis Et dixi viro qui in
dutus erat lineis qui stabat super aquas
fluminis Usquequo finis horum mira
bilium Et audivi virum qui indu
tus erat lineis qui stabat super aquas
fluminis Cum elevasset dexteram
et sinistram suam in celum et iurasset
per viventem in eternum quia in tempus
et tempora et dimidium temporis Et
cum completa fuerit dispersio manus
populi sancti complebuntur universa
hec Et ego audivi et non intellexi et
dixi Domine mi quid erit post hec
Et ait. Vade daniel quia clausi sunt
signatique sermones usque ad prefini
tum. eligentur et dealbabuntur quasi
si ignis probabuntur multi. et im
pie agent impii. nichil intelligent
omnes impii. Porro docti intelligent
et a tempore cum fuerit ablatum

respondebit. Non pos
sum legere quia signatus
est. Et in apocalipsi iohannis
liber videtur signatus
sigillis septem intus et
foris Cumque nullus pos
set signacula ipsius sol
vere ait iohannes flebam
nimis et venit ad me
vox dicens Ne plores
Ecce vicit leo de tribu
iuda radix david ape
rire librum et solvere
signacula eius librum
autem istum potest sol
vere qui scripturarum
sacramenta cognovit
et intelligit et verba te
nebrosa propter miste
rii magnitudinem et in
terpretatur parabolas
et occidentem litteram
transfert ad spiritum vivi
ficantem. et vidi ego
daniel et ecce quasi duo
alii stabant unus hinc
super ripam fluminis
et alius inde ex altera
ripa fluminis et dixi viro
qui indutus erat line
is qui stabat super aquas
fluminis Usquequo finis
horum mirabilium Vi
det daniel duos angelos
stantes ex utraque parte
super ripam babilonis
fluminis Et in cum hic
ponatur absque nomine
secundam preteritam
visionem puto eum esse

tigrim qui hebraice dicitur
eddekel et tamen non in
terrogat eos qui stabant
super utramque partem
sed eum quem in princi
pio viderat qui erat in
dutus vestibus lineis
sive bissinis quod hebrai
ce dicitur badim et hic
ipse angelus stabat su
per aquas fluminis ba
bilonis suo eas calcans
pede Ex quo intelligi
mus superiores duos an
gelos quos videt stantes
super ripam et non in
terrogat nec putat sa
tiacione condignos ange
los esse persarum atque
grecorum hunc autem
esse angelorum clemen
tissimum qui oraciones
danielis in conspectu
dei obtulerat quando
ei viginti et una die
persarum angelus re
sistebat. Interrogat au
tem hec mirabilia que
in priori visione dicun
tur quo complenda sint
tempore. Quod porphiri
us more suo de antiocho in
terpretatur nos de antixpo [sic] in
terpretamur et audivi
virum qui indutus e
rat lineis qui stabat
super aquas fluminis cum e
levasset dexteram suam
et sinistram in celum
et iurasset per viventem
in eternum quia tem

pus et tempora et dimidium temporis. Tempus et tempora et dimidium temporis tres et semis anni in
terpretatur porphirius. Quod et nos iuxta scripturarum sanctarum ydioma non negamus. Nam et supra legi
mus quod septem tempora transierunt super nabuchodonosor id est septem anni efferacionis eius et in visione eius
quatuor scriptum est bestiarum leonis et ursi pardi et alterius bestie cuius nomen tacetur. que regnum
significat romanorum et postea de antixpo quod tres reges humiliet et sermones contra excelsum loquatur et sanctos
altissimi conterat et putabit ait quod possit mutare tempora et leges et tradentur in manu eius usque ad tempus
et tempora et dimidium temporis et iudicium sedebit ut auferatur potencia et conteratur et dispereat us
que in finem et manifeste de adventu xpi atque sanctorum Regnum autem et potestas et magnitudo regni
que est subter omne celum detur omni populo sanctorum altissimi cuius regnum in sempiternum est et omnes
reges servient ei et obedient. Si itaque superiora que perspicue de antixpo scripta sunt refert porphirius ad
antiochum et ad tres et semis annos quibus templum dicit fuisse desertum ergo et hoc quod sequitur regnum
eius sempiternum et omnes reges servient ei et obedient debet probare super antiocho. vel ut ipse putat
super populo iudeorum. quod nequaquam stare manifestum est ut legimus in machabeorum libris. iosephus
quoque in eandem consentit opinionem quod tribus annis templum pollutum fuerit in ierusalem et in eo io
vis ydolum steterit sub antiocho epiphane centesimo xl° quinto anno regni macedonum a seleuco mense eiusdem
anni nono usque ad mensem nonum centesimum quadragesimum octavum anni qui faciunt annos tres Sub antixpo
autem non tres anni sed tres et semis hoc est mille cc lxxx x dies desolacionis templi et eversionis futuri
esse dicuntur et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti complebuntur universa hec Quando
inquit populus dei dispersus fuerit vel antiocho persequente ut vult porphirius vel antixpo ut nostri ve

nus probant tunc hec omnia conplebuntur et ego audiui et non intellexi et dixi Domine mi quid erit post hec. et ait vade daniel quia clausi signatique sunt sermones usque ad tempus consummacionis. eligentur et dealbabuntur et quasi ignis probabuntur multi et impie agent impii neque intelligent omnes impii Porro docti intelligent. Vult propheta intelligere quod viderat ymmo quod audierat et futurorum cupit cognoscere veritatem Audierat enim regum diversa bella et inter se prelia. et multiplicem hystoriam sed nomina non audierat singulorum Si autem propheta audivit et non intellexit quid facient hii qui signatum librum et usque ad tempus consummacionis multis obscuritatibus involutum presumptione mentis edisserunt Cum autem inquit finis advenerit impii non intelligent et qui docti fuerint disciplina dei ipsi intelligere poterunt In perversa enim anima non introibit sapientia. nec potest se infundere corpori quod peccatis subditum est. et a tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abhominacio in desolacionem dies mille cc. lxxxx hos mille ducentos nonaginta dies porphirius vult in tempore antiochi et in desolatione templi esse completos quem et iosephus et machabeorum liber ut diximus tribus tantum annis fuisse commemorant Ex quo perspicuum est tres istos et semis annos de antixpi dicta temporibus qui tribus et semis annis hoc est mille et ducentis et nonaginta diebus persecuturus est et postea corruiturus in monte inclito et sancto A tempore igitur quod nos interpretati sumus iuge sacrificium quando antixpus orbem obtinens dei cultum interdixerit usque ad interfectionem eius tres semis anni id est mille ducenti nonaginta dies conplebuntur. Beatus qui exspectat et pervenit ad dies mille trecentos triginta quinque Beatus inquit qui interfecto antixpo dies supra numerum prefinitum xlv. quinque prestolatur quibus est dominus atque salvator in sua maiestate venturus Quare autem post interfectionem antixpi xlv. dierum silentium sit divine scientie est nisi forte dicamus dilacio regni sanctorum paciencie comprobacio est. putum et locum dari penitencie. lapsorum per penas Porphirius hunc locum sic edisserit ut xlv quinque dies qui super ducentos nonaginta sunt victorie contra duces antiochi tempus significet quando iudas machabeus dimicavit et emundavit templum ydolum que contrivit et victimas obtulit in templo domini Quod recte diceret si machabeorum liber tribus et semis annis templum scriberet fuisse pollutum et non tribus Tu autem vade ad prefinitum et requiesce et stabis in sorte tua in fine dierum Pro quo theodocio sanctos interpretatus est Tu autem vade et requiesce et resurges in ordine tuo in consummacione dierum. quo verbo ostenditur omnem prophetiam venturam esse resurrectionis omnium mortuorum quando et propheta resurrecturus est et frustra porphirium qui in typo antiochi de antixpo sunt dicta velle omnia referre ad antiochum Cuius calumpnie ut diximus plenius responderunt eusebius cesariensis et apollinaris laodicenus et ex parte disertissimus vir methodius Que qui scire voluerit. in ipsorum libris poterit invenire

Capitulum xiij.

iuge sacrificium et posita fuerit abhominacio in desolacionem. dies mille ducenti nonaginta Beatus qui exspectat et pervenit usque ad dies mille trecentos et xxxv. Tu autem vade ad prefinitum et requiesces et stabis in sorte tua in fine dierum Hucusque daniel in hebreo volumine legimus Cetera que sequuntur usque ad finem libri de theodocionis editione translata sunt.

Expositis ut potui que in danielis libro iuxta hebraicam veritatem continentur ponam breviter quid origenes in decimo stromatum suorum libro de susanne et belis fabulis dixerit Cuius hec verba sunt.

Erat vir in babilone et nomen eius ioachim Et accepit uxorem nomine susannam filiam elchie pulcram nimis et timentem dominum parentes autem et docuerunt filiam suam iuxta legem moysi hoc utendum est testimonio ad exhortacionem parentum ut doceant iuxta legem dei sermone neque divinum non solum filios sed filias suas Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo Referebat hebreus istos esse achiam et sedechiam de quibus scribit ieremias. faciat te dominus sicut achiam et sedechiam quos frixit rex babilonis in igne propter iniquitatem suam fecerant in israel et adulterabant uxores civium suorum De quibus loquitur dominus quia egressa est iniquitas de babilone a senibus iudicibus qui videbantur regere populum. Pulcre de presbiteris peccatoribus non ait qui regebant populum sed qui videbantur regere Qui enim bene presunt populo regunt populum Qui autem tantum habent iudicium et iniuste presunt populo regere magis videntur populum quam regunt et exarserunt in concupiscentiam eius et everterunt sensum suum et declinaverunt oculos suos ut non viderent celum neque recordarentur iudiciorum iustorum Quod greci vocant nathaos non perturbacionem magis quam passionem recius interpretamur. hec igitur perturbacio et cupido libidinis titillavit ymmo percussit corda seniorum et ut in animis eorum iaceret fundamentum et cogitarent desideria complere ipsi everterunt sensum suum. quo subverso oculi eorum inclinati sunt ut celestia non viderent nec recordarentur iudiciorum iustorum sive dei sive honestatis sive nature que omnibus in bonum insita est. Et erat susanna inambulabat iuxta consuetudinem Ante iam dictum est quod facto mane inambularet susanna Nec incongruum est ad placandum eos qui omnia que gerimus de scripturis sanctis querunt exempla hunc inambulandi locum assumere quod recte quis ad vegetandum corpusculum deambulet quem locum inquit de lxx editione nunc posui. quo dicto origenes

ostendit cetera se non iuxta lxx interpretes disseruisse. Ingemuitque susanna et ait angustie michi sunt undique. Si enim hoc egero mors michi est Si autem non egero nequaquam effugiam manus vestras Cum ad summitatem perfecte virtutis venerit. nunquam sibi dicat vincere discrimen. si adulterorum manus non effugerit dicentium Assentire nobis et commiscere nobiscum Alioquin si nolueris dicemus contra te testimonium quod fuerit tecum iuvenis et hac causa emiseris puellas a te Humane quippe fragilitatis est mortem timere que infertur pro iustitia. Nisi forte interpretabimur angustiam non imminentis mortis sed obprobrii et ignominie que perfundenda erat illis accusantibus atque dicentibus. Fuit tecum ille iuvenis et ideo dimisit puellas Si enim hoc egero mors michi est Si autem non egero nequaquam effugiam manus vestras Peccatum mortem vocat Sicut enim et qui facit adulterium mors est adulterium sic omne peccatum quod ducit ad mortem mors est appellandum et totiens mori creditur quotiens peccamus ad mortem Unde econtrario totiens resurgimus et vivificamur quotiens vita digna opera facimus Sed melius michi est absque opere incidere in manus vestras quam peccare in conspectu domini In greco non habet melius id est

tem illius cum essent iusti erudierunt filiam suam
secundum legem moysi Erat autem ioachim di
ves valde Et erat ei pomerium vicinum domus
sue Et ad ipsum confluebant iudei eo quod esset
honorabilior omnium Et constituti sunt duo senes
iudices in anno illo de quibus locutus est dominus
quia iniquitas egressa est de babilone a se
nioribus iudicibus qui videbantur regere
populum Isti frequentabant domum ioachim
Et veniebant ad eos omnes qui habebant iu
dicia Cum autem populus revertisset per me
ridiem ingrediebatur susanna et deambulabat
in pomerio viri sui Et videbant eam senio
res cotidie ingredientem et deambulantem et ex
arserunt in concupiscentiam eius Et everterunt
sensum suum et declinaverunt oculos suos
ut non viderent celum neque recordarentur iudicio
rum iustorum Erant ambo vulnerati amo
re eius nec indicaverunt sibi invicem dolorem suum
Erubescebant enim indicare sibi concupiscen
tiam suam volentes concumbere cum ea Et ob
servabant cotidie sollicitius videre eam Dix
itque alter ad alterum Eamus domum quia hora
prandii est Et egressi recesserunt a se Cumque
recessissent venerunt in unum Et sciscitan
tes ab invicem causam confessi sunt concu
piscentiam suam Et tunc in commune statue
runt tempus quando eam possent invenire
solam Factum est autem cum observarent diem

Et nos bonum interpretari possumus Unde eleganter non dicit melius michi est incidere in manus iniquorum presbiterorum quam peccare in conspectu domini ne videretur comparatione peccati quod est bonum hoc appellare melius Sed bonum est inquit non facere malum et incidere in manus vestras ne peccem in conspectu domini Non quod per comparationem legendum est melius est michi incidere in manus vestras quam peccare in conspectu domini sed absolute bonum michi est non facere malum et incidere in manus vestras ne peccem in conspectu domini Et exclamavit voce magna susanna Magna vox erat non aeris percussione et clamore faucium sed pudicitie magnitudine per quam clamabat ad dominum Unde et sancta scriptura in exclamatione sermonis non apposuit magnam vocem Sequitur enim Clamaverunt senes adversus eam Exclamavit autem voce magna susanna et dixit Deus eterne qui absconditorum es cognitor qui nosti omnia priusquam fiant tu scis quoniam falsum testimonium contra me tulerunt Cordis affectus et mentis pura confessio et bona conscientia vocem eius fecerant clariorem Unde magna erit exclamatio eius deo que ab hominibus non audiebatur Cumque duceretur ad mortem suscitavit deus spiritum sanctum pueri iunioris cuius nomen daniel Et uno fine

ne ostenditur non intrasse in danielem spm̄ scm̄ s; eum qui erat in illo et quiescebat propter etatis infirmitatē nec sua poterat opera demonstrare data occasione pro sancta fēmina a domino suscitatum Et exclamauit voce magna Mundus ego sum a sanguine huius Suscitato in se spū sancto et que puer deberet dicere suggeren te. vox eius magna erat Et notandum sicubi in scripturis sanctis peccatoris vox magna dicatur Dic sub q

aptum ingressa ē aliquando sicut heri et nudius
tertius cum duabus solis puellis voluitq; laua
ri in pomerio Estus quippe erat et non erat
ibi quisquam preter duos senes absconditos con
templantes eam. Dixit ergo puellis Afferte
michi oleū et smigmata et ostia pomerii cla
claudite vt lauer Et fecerunt sicut preceperat
Clauserūtq; ostia pomerii Et egresse sunt per
posticū vt afferrent que iusserat. Nesciebat
q; senes intus esse abscōditos Cum autē egres
se essent puelle surrexerunt duo senes et accur
rerunt ad eam et dixerūt Ecce ostia pomerii
clausa sunt et nemo nos videt et ī concupis
cenciā tui sumus Quamobrem assentire nobis
et cōmiscere nobiscū. Quod si nolueris dicemus
testimoniū contra te q; tecū fuerit iuuenis
et ob hanc causam emiseris puellas a te. Jn
gemuitq; susanna et ait angustie sūt michi
vndiq; Si enim hoc egero mors michi est Si
autem non egero non effugiā manus ves
tras Sed melius ē michi incidere absq; opere
in manus vrās q̄ peccare in conspectu dn̄i. Et
exclamauit voce magna susanna. Exclama
uerūt autem et senes aduersus eam Et cucur
rit autē vnus et aperuit ostiū pomerii Cum
autem audissent clamorē in pomerio irrue
rūt per posticum famuli domus vt viderent
quidnam esset. Postq; autē locuti sunt senes
erubuerūt serui vehementer quia nunquam fue

arbore videris eos loquentes sibi Rñ ait sub scino Dixit q; ei daniel. Recte mentitus es in caput tuum Ecce enī angelus dm̄ accepta sñia ab eo scindet te medium et p9 modicum alter seniorum ait Sub prino Dixitq; ad eū Daniel Recte mentitus es et tu in caput tuum Manz enim angel9 domini gladium habens vt secet te medium. quia hebrei reprobāt hystoriam susanne dicētes eam in danielis volumine non haberi. debemus inquirere diligent9 nomina scini et prini que latini ilicem et lentiscum interpretant9 si sint apud hebreos et q̄m habeant ethimologiam. vt a scino scissio et a prino sectio sine serratio dicatur lingua eorū. Quod si non fuerit inuentū necessitate cogemur et nos eorum acquiescere sentencie qui greci sermonis tantum hanc volunt esse propriē que grecam tantum

habeat ethimologiam et hebraicam non habeat Q: si quis ostenderit duarum istarum arborum scissionē et sectionem et in hebreo stare ethimologiam tunc poterimus etiā hanc scripturam recipere. et fecerunt eis sicut male egerant aduersū proximum suum vt facerent secundum legē moysi et interfecerunt eos Si interfecit eos omnis synagoga. videtur illa opinio refutari de qua supradiximus secundum ieremiā quod ipsi essent pbri achias ac sedechias. nisi forte hoc quod scriptum ē interfecerunt eos sic interpretemur pro eo quod est regi babilonis occidendos tradiderunt. et sicut et nos dicimus q̄ iudei interfecerūt saluatorē non quo ipsi per se ferunt s; quia tradiderunt occidendum et succlamantes dixerūt. crucifige crucifige eum Helchias autem et vxor eius laudauerunt deum p filia sua susana cum ioachī

marito eius et cognatis omnibus quia non esset inuenta in ea res turpis Digne quasi sancti laudant deū non quia liberata est de manu presbiterorum susanna. hoc enim non satis laudabile ē. nec magnū discrimunis si non esset liberata s; quia non est inuenta in ea res turpis

rat dictum sermo huiuscemodi de susanna Et factā
est dies crastina Cūq̧ venisset populus ad virū
eius ioachim venerunt et duo pbr̄i pleni iniq̄
cogitacione aduersus susannā vt interficerēt
eam Et dixerunt coram om̄i populo Mittite
ad susannā filiā helchie vxorem ioachim Et
statim miserūt Et venit cū parentib⁹ et filijs
et vniuersis cognatis eius Porro susanna erat
delicata nimis et pulchra facie At iniqui illi iuſ
serūt vt discooperiretur Erat enim coopta vt
vel sic saciarētur decore eius Flebant igitur sui
et om̄s qui nouerant eā Consurgētes autem
duo pbr̄i in medio populi posuerunt manus
suas sup caput eius Que flens suspexit ad ce
lum Erat enim cor eius fiduciā habens ī dn̄o
Et dixerunt pbr̄i Cum deambularem⁹ ī pome
rio soli ingressa ē hec cū duabus puellis ⁊ clau
sit ostiū pomerij et dimisit eas puellas Venit
q̧ adolescens ad eam qui erat abscondit⁹ et cō
cubuit cum ea Porro nos cū essemus in angu
lo pomerij videntes iniquitatem cucurrimus
ad eos et vidimus eos pariter cōmisceri Et illū
quidem nequiuimus cōprehendere qz forcior nob⁹
erat. et apertis ostijs exiliuit Hanc autē cū appre
hendissemus interrogauim⁹ quisnā esset ado
lescens et noluit indicare nobis. Hui⁹ rei testes
sumus Credidit eis multitudo q̄i senioribus
populi et iudicibus et condempnauerūt eā ad
mortem Exclamauit autem susanna voce

magna et dixit. dn̄e deus eterne qui abscondi
torum es cognitor qui nosti oīa anq̄ fiant tu
scis qm̄ falsum tulerūt aduersum me testimo
niū Et ecce morior cum nichil horum fecerim
q̄ isti maliciose cōposuerunt aduersum me Ex
audiuit autē dn̄s vocē suā. Cūq̄ duceretur ad
mortē suscitauit spm̄ scm̄ pueri iunioris cui
nomē daniel. Et exclamauit voce magna Mū
dus ego sum a sanguīe huius Et conuersus oīs
populus ad eū dixit Quis ē sermo iste quem
tu locutus es Qui cū staret in medio eorū dixit
Sic fatui filii israel non iudicantes neq̄ qđ ve
rū ē cognoscētes condēpnastis filiā israel Reuer
timini ad iudiciū q2 flīm testimoniū locuti sunt
aduersus eā Reuersus ē ergo pp̄ls cū festinacio
ne et dixerunt ei senes Veni et sede ī medio nr̄z
et indica nobis quia tibi dedit deus honorem
senectutis Et dixit ad illos daniel Separate il
los abinuicē procul et diiudicabo eos Cū ergo
diuisi eēnt alter ab altero vocauit vnū de eis
et dixit ad eū Inueterate dierū malorū nunc
venerūt pcc̄a tua q̄ opabaris prius iudicās iu
dicia iniusta. innocentes opprimens et dimit
tens noxios dicēte dn̄o Innocentē et iustū nō
interficies Nunc autē si vidisti eā dic sub q̄ ar
bore videris eos colloquētes sibi Qui ait Sub
cyno Dixit autē daniel Recte mentitus es in ca
put tuum Ecce enī angelus dn̄i accepta sn̄ia
ab eo scindet te mediū. Et amoto eo iussit ve

nure alium et dixit ei Semen chanaan et non iuda species decepit te et concupiscentia subvertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel et ille loquebantur vobiscum. sed non filia iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic michi sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait sub prino. Dixit autem ei daniel Recte autem mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens ut secet te per medium ut interficiat vos. Exclamavit autem omnis populus voce magna et benedixerunt dominum qui salvat sperantes in se. Et consurrexerunt adversus duos presbiteros. Convicerat enim daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. feceruntque eis sicut male egerant adversus proximum ut facerent secundum legem moysi et interfecerunt eos et salvatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias autem et uxor eius laudaverunt dominum in die illa pro filia sua susanna cum ioachim marito eius et cognatis eius omnibus quia non esset in ea inventa res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa et deinceps. Et rex astiages appositus est ad patres suos. Et suscepit cyrus perses regnum eius. Erat autem daniel conviva regis et honoratus est super omnes amicos eius.

Capitulum .xiiij.

Erat quoque ydolum nomine bel apud babilonios et impendebantur in eo per singulos dies simile artabe duodecim et oves xl. vinique amphore sex.

Cumque aperta fuisset ostia aspiciens rex super mensam clamavit voce magna. Magnus es bel. et non est apud te dolus ullus. Hoc quod scriptura nunc dicit clamavit voce magna. quia de ydolatra et ignorante deum dicitur. videtur observationem nostram subvertere. quia dudum asserimus vocem magnam in sanctis tantum reperiri. Et solutio facile qui hanc hystoriam in libro danielis qui est apud hebreos dixerit non haberi. Si quis autem eam potuerit approbare esse de canone. tunc querendum est quid ei respondere debeamus. Finitur in daniele prophetam commentum beati iheronimi

Rex quoque colebat eum et ibat per singulos adorare
eum Porro daniel adorabat deum suum Dixitque ei
rex Quare non adoras bel. Qui respondens ait illi. quia
non colo ydola manu facta sed viventem deum qui cre
avit celum et terram et habet potestatem omnis car
nis Et dixit ad eum rex Nonne videtur tibi bel esse
vivens deus an non vides quanta comedat et bibat
cotidie Et ait daniel arridens Ne erres rex Iste enim
est intrinsecus luteus et forinsecus ereus neque come
dit aliquando Et iratus rex vocavit sacerdotes eius
et ait eis Nisi dixeritis michi quis est qui comedit
impensas has moriemini Si autem ostenderitis quod bel co
medat hec morietur daniel quia blasphemavit bel
Et daniel regi fiat iuxta verbum tuum Erant autem
sacerdotes bel lxx. exceptis uxoribus et parvulis et fi
liys Et venit rex cum daniele in templum belis Et dix
erunt sacerdotes belis Ecce nos ingredimur foras et
tu rex pone escas et vinum misce et claude ostium et
signa anulo tuo Et cum ingressus fueris mane ni
si inveneris omnia comesta a bel morte moriemur.
vel daniel qui mentitus est adversum nos Contemp
nebant autem quia fecerant introitum absconditum. per
illum ingrediebantur semper et devorabant ea Factum est
autem postquam ingressi sunt illi. et rex posuit cibos
ante bel precepit daniel pueris suis et attulerunt
cinerem et per totum templum cribavit coram rege et egres
si clauserunt ostium et signantes anulo regis abierunt
Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consue
tudinem suam et uxores et filiy eorum et comederunt

omnia et biberunt Surrexit autem summo diluculo et
daniel cum eo Et ait rex Salua ne sunt signa daniel
Qui respondit salua rex Statimque cum aperuissent osti
um. intuitus est rex mensam Et exclamauit voce
magna Magnus es bel et non est apud te dolus quic
quam Et risit daniel et tenuit regem ne ingrederetur
intro et dixit Ecce pauimentum aduerte cuius vesti
gia sunt hec Et dixit rex Video vestigia virorum ac
mulierum et infancium Et iratus est rex Tunc appre
hendit rex sacerdotes et vxores et filios eorum et osten
derunt ei abscondita ostia per que ingrediebantur
et consumebant que erant super mensam Occidit ergo
illos rex et tradidit bel in potestatem danieli. qui subuer
tit eum et templum eius Et erat draco magnus
in illo loco et colebant eum babilonij Et dixit rex da
nieli Ecce nunc non potes dicere quia iste non sit deus
viuens adora ergo eum Dixit daniel regi Dominum deum
meum adoro quia ipse est deus viuens. iste non est viuens
Tu autem rex da michi potestatem vt interficiam draconem
absque gladio et fuste Et ait rex. do tibi Tulit ergo da
niel picem et adipem et pilos et coxit pariter Fecitque mas
sas et dedit in os draconis et disruptus est draco Et dix
it daniel Ecce quem colebatis Quod cum audissent
babilonij indignati sunt vehementer Et congrega
ti sunt aduersus regem et dixerunt Iudeus factus est
rex Bel destruxit et drachonem interfecit et sacerdotes
occidit Et dixerunt cum venissent ad regem Trade
nobis danielem qui bel destruxit et drachonem interfe
cit. alioquin interficiemus te et domum tuam. Vidit

ergo rex quod irruerent in eum vehementer et necessitate co
pulsus tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in la
cum leonum. Et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant
septem leones. Et dabantur eis cotidie duo corpora et
due oves. et tunc non sunt data eis ut devorarent dani
elem. Erat autem abacuc propheta in iudea et ipse coxerat
pulmentum et intriverat panes in alveolo et ibat in
campum ut ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad
abacuc. Fer prandium quod habes in babilonem danieli
qui est in lacu leonum. Et dixit abacuc. Domine babilo
nem non vidi et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus
domini in vertice eius et portavit illum capillo capitis
sui posuitque eum in babilonem supra lacum in impetu spiri
tus sui. Et clamavit abacuc dicens. Daniel serve dei
tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recor
datus es mei domine deus et non dereliquisti diligen
tes te. Surgensque daniel comedit. porro angelus do
mini restituit abacuc confestim in loco suo. Venit ergo
rex die septima ut lugeret danielem et venit ad lacum
et introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonum.
Exclamavit voce magna rex dicens. Magnus es
domine deus danielis et extraxit eum de lacu. porro
illos qui perdicionis eius causa fuerant. intromisit
in lacum et devorati sunt in momento coram eo. Tunc
rex ait. Paveant habitantes in universam terram
deum danielis. quia ipse est liberator et salvator faciens
signa et mirabilia in celo et in terra qui liberavit
danielem de lacu leonum.

Hoc volumen comparauit Raphael de Marcatellis
dei gra Epus Rosen Abbas sancti Bauonis Juxta
Gandauu Anno domini . 1490 .

